


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
21 B
9



FUNDAMENTA
MEDICINÆ
RECENS JACTA,

Sub unum Conceptum & Intuitum breviter contracta,

DE

Causis ac Principiis Morborum Constitutivis,

Jam à Temporibus Hippocratis Medici, XII. Seculorum oblivione sepultis, hactenusq; inter Christianos ignotis, ultimis vero his nostris Diebus

à

DEO VERITATIS

Singulari sua Gratia, ac in Mortales Ægros Misericordia, Miraculi instar, noviter unaque cum totius Physicæ Medicinæq; hucusque incognitæ initiis, progressu ac fine, manifestatis, Orbiq; Christiano apertis ac evulgatis per Organum ad hoc electum

JOANNEM BAPTISTAM HELMONTIUM.

ULMÆ, Sumptibus Georgii VVilhelmi Kühn / 1680.

INCLYTÆ MEDICORUM TRIGÆ,

VIRIS

Nobilissimis, Amplissimo atq́ Experientissimis,

Dn. JOANNI FRIDERICO

BILGERO, Medic. Doctori Excellentissimo, Campidunensium Physico Meritissimo & Practico famigeratissimo.

Ejusq́ Filiis dignissimis, Paternarum Virtutum Æmulis,

Dn. JOANNI FRIDERICO

BILGERO, Medic. Doct. & Reip. Esling. Phys. Ordinario vigilantissimo.

Dn. JOANNI CHRISTOPHORO

BILGERO, Medic. Doct. & Practico in Patria felicissimo.

Dnn. Patronis & Fautoribus honoratissimis,

Opusculum hoc ab amica manu acceptum,

Contestandæ observantiæ & officiosæ promtitudinis ergo consecrat

C. W. Kühn.



Causæ Morborum Universorum duæ sunt, quibus tanquam Columnis binis, totum templum Morboniæ *innititur; quarum alterutra saltem succussa & succisa, totum ruit superstructum.*

Harum I.

PRimitiva & Principalis; *Efficiens* vitalis, tam sine, quam cum materia: Estq; *Archeus* ipse, seu Spiritus Vitæ (id est, Aura seu Gas vitale Sanguinis, Ens formale ac luminosum, Lumen Vitæ ferens, Vitæque ac seminum Director; ab Anima sensitiva post Prævaricationem Lapsumque Adami, loco mentis in vitæ possessum ac Regnum subintrante, concitata, ipsius ac omnium Formarum Animan-

mantatorum sedes proxima, adeoq; totius *Essentiæ Crasin* continens:) exotico morbosoque Contagio (seu aëris externi, seu Auræ propriæ intus genita, seu Fermenti Seminisque peregrini:) suscepto infectus ac deturpatus, Virtuteque propria defectus & rebellis, olim ab Hippocrate cognitus, exindeque Ενορμον id est, *Impetum faciens*, dictus: Qui igitur, cum ab *Archeo* vitali sano, tanquam Desertor ac Destructor Vitæ, jamque Morbi & Mortis reus, eo ipso ab communione Vitæ totius excludatur & proscribatur, suapte indole seminis illius morbosi suscepti, statim ad dissita magis quam propinqua Corporis loca, tanquam ad certos sui terminos directus, seu ascensu jam, seu descensu aberrans ac grassans, per Arterias, Venas, Nervos, imo ipsum Corporis habitum, (prout in Argento vivo foris illito, ad fauces, linguam & dentes ir-

ruente)abducitur ac transfertur, ubi appulſus, ſtatim partis nutrimentum repertum pravo ſui Fermento imbuendo & alienando transplantat ac traducit, juxta ideam ſeminis, in *Novum Ens Ideale Morboſum*, morborum univerſorum hactenus mineram primam; hauſtisque deinceps afflatibus ſucceſſivis totam culinam muniaque digeſtionum ibidem interturbat, perdit ac invertit, ſequeſtrationibusque ac diſpoſitionibus peregrinis & adverſis tanquam Tortoribus locat & mancipat.

Hinc prima proventus variorum Excrementorum ac Sordium extorſarum aperta detectaque Scaturigo, non raro cum impreſſione morboſa ac perdente ibidem in Spriritu inſito, ſtigmate in vitam durabili characterizata ac ſigillata.

II.

Orta & inſtrumentalis *Materia* occaſio-

casionalis: Estque *Latex* (id est, Liquor aqueus, insipidus ac fatuus, præter Cruorem in Corpore unicus, eidemque innatans ac mixtus, ab eo tamen peculiaris distinctusque, non solum hactenus Lachrimarum, Sudorum, Muci tenuis; Item Oedematis aliorumque Morborum materia, sed & ad varios fines & officia Naturæ necessaria utilis ac destinatus) Qui cum Morbis æque ac satietate, everrendis præcipue eluendisque Culinis & sordibus totius Corporis in Naturæ Oeconomia dicatus, *Archei*que ditioni & mandatis subditus sit, illo tum se tanquam in custodiam tutelamq; Partium vocante, obsequiose statim obtemperans, primum ad loca, morbosis Hostibus invasa atque affecta, per Venas in subsidium ac sublevamen adcurrit, communi suo eluendi servitio.

Unde non solùm pro se ipso à Spiritu

ritu adverſario, Morbi Præſide ac Fabro arreptus, ad ſui Tyrannidem trahitur, in abuſum copioſæ ſordium ſupellectilis transſumtus, ubi non raro deinceps per accidens Malum, cui mederi intendebat, diutius fovet.

Verum amplius ipſe frequenter (quantum in ſe quidem innocuus ac inſons, facile tamen alienæ qualitatis, infectionis ac ſoporis ſuſceptivus) Sale peregrino, quem diſſolutum in via offendit ac combibit, contaminatur, deinceps tam qualitate acida, quam quantitate moleſtus, & inſtar Militis importuni, invito hoſpite Partes ſubintrans, ſuo viciſſim ſuſpepto Fermento ſpiritum primario inficit atq; alienat, ut hinc Thymoſin ſibi aſſumat, acerbetur ac impetum faciat irritatus immerito, adeoque ſic exorbitans ut per ſe prius quidem officiorum, jam viciſſim plurimorum deinceps Morborum, Dolorum atque Ma-

Malorum, tam externe quam interne Colonias ferit, eorumque *Causa prima* occasionalis à posteriori existit : In quibus porro affectibus omnibus & singulis suum deinceps sortitur Aquæ Dominium , qui idcirco sub noctem exasperantur, quæ sub hoc ejus influxu.

Luna Blas suas Vicissitudinum operationes nobis inspirat, maxime in Cerebrum imbelle ac defectuosum, Nervos item ac Membranas sese ostentantes; Hinc sub iisdem mutationis temporum ac tempestatum futurarum tædiosa scientia, præsensus ac præsagia , proinde *Tortura Noctis* dicta, subter quam recidunt quæcunque falso vanoque Defluxionum & Catarrhorum Affectuum nomine sæviunt.

Item Lues Gallica, Contractura, Tormina, quæ Latici quoque auscultant, Lunæ nostræ Dominio subno-

xia, adque Aſtrorum lationem tendentia & inclinantia.

Quæ cuncta, cum vulgo ab antiquo post unicum Hippocratem aberrantium Medicorum Gentilium ſomnio ac commento in Humores fictos (pituitoſos, bilioſos, melancholicos, ſalſos, acidos, acres, &c.) horumque defluxiones atque catharros impoſſibiles ab unica depluentis Cerebri culpa, adeoque non niſi in mortuas rerum umbras ac inanes cortices hactenus imputata ſint, originaliterque Jecoris, Sanguinisque inſontis intemperiei ac Caloribus, Vapores ſcil in Cerebrum elevantis, Stomachique viciſſim frigoribus adſcripta ac credita, eorum figmentum (Univerſalis totius Humani Generis hactenus Peſtis ac Tumulus) ſic ſponte in nihilum recidet, ac DEO volente & faciente, in poſterum inter Chriſtianos (niſi Deo ingrati, ſibiq; ipſis invidi ac libenter miſeri fuerint) evaneſcet.

INTRODUCTORIUM MEDICINÆ,

De

Causis, Modis atque Mediis Sanationis Morborum

Universalibus & Particularibus

Secundùm

JOANNEM BAPTISTAM HELMONTIUM.

CAusa *Sanationis Morborum* est vel Principalis *Natura*, quæ ipsa est Morborum Medicatrix, *sec. Hippoc.* Vel Instrumentalis *Medicina*, quæ non est nisi Naturæ Ministra ac Famula, ipsam ex morbis fortè impeditam, debilitatam aut prostratam adjuvans, confortans & sublevans, ipsiusque adeo Obstacula removens,

finesque promovens, idque per Media debita & propria subministrata, quæ deinceps propria sui bonitate ac potestate sponte velut resurgens sibi sufficit, reliquumque tuto satagit, errores & defectus proprios emendando & reparando.

Media autem hæc sunt vel Universalia vel Particularia.

Universalia.

SUnt vel Naturalia vel Artificialia *Naturalia* sunt, quæ operantur Actione Magica vel influentiali Rerum Naturalium è Cœlo Particulari & Astronomia inferiori profluentium, scilicet per Potestatem ac Proprietatem intimam formalem ac vitalem, rebus cunctis sublunaribus familia-

miliarem ac Vernaculam (quæ vulgo dicitur Sympathia & Dispatia vel Magnetismus.). Estque Qualitas & Potestas quædam spiritualis & cœlestis seu influentialis ac luminosa, rerum omnium conspirationis ac concordantiæ Superiorum ac inferiorum Particeps & analoga, nullisque locorum distantiis obnoxia, quæ tanquā radialis & insensibilis per influxum & affectum propriæ rerum sensationis & Phātasiæ amoris aut odii, medio Lucis & Spiritus Mundi universalis sive Magnatis magni omnia replētis & attingentis, ceu fomite spirituali & magico, è subjecto in objectū appropriatum sine communicatione aut contactu Corporei effluvii diradiatur & dispergitur agens sive trahendo vel impellendo. Horum omnium Causæ, Rationes & Proprietates, è fundamentis Metaphysicæ & Magiæ producta, Vide in Tractatu de magnetica

tica Vulnerum Curatione, in quo tota pene Philoſophia vera ac vitalis detegitur & proponitur.

Horum autem Principalia & Univerſaliora ſunt in Morbis vel

Simplicibus vel Ordinariis.

I.

SAnguis Humanus: Isq; vel *Ægri*, qui crudus & calens teſtæ ovi incluſus & ad fovendum ſuppoſitus in putrefactionem usque poſtea carnibus immixtus, & Cani aut Porco famelico exhibitus, mox Ægritudinem omnem inſanabilem ab Homine in Beſtiam traducit & transplantat prorſus & indubitate cum Ægri reſtitutione. Idq; ſolius ſanguinis Magnetiſmo, quod ſpiritus ejus per præviam putredinem jam quaſi compedibus libe-

liberatus, Mumiæque animali oppositus, trahit realiterque transfert Morbum, qui sedet in Phantasia Sordium in ipsam Bestiam.

Vel *Sani*; è quo per Artem præparatur Arcanum Sanguinis Humani Spagyrorum Magnes mirabilis, plurimorum morborum domitor.

II.

Urina *Ægri*, cujus sal vitalis chimice paratus, Bestiæ alicui in cibo oblatus, Ægritudinem pariter ab homine in Animal extrahit.

Quo pertinent omnia tam simplicia quam composita sympathetice vel magnetice Morbos vel omnes vel singulos sanantia, ut quæ cuncta ex hoc unico fonte fluunt. Quales & sunt Herbæ, Pulveres & Unguenta Magnetica, de quibus inferius de Particularibus.



Vel

Vel Magicis vel Veneficis.

SImplicia quædam Naturalia, quæ dotem habent à Creatore præcavendi, resistendi & corrigendi Veneficia & incantationes vel

1. Suffimigium Jecoris & Fellis Mustelæ Piscis apud Tobiam.

2. Suffimigium Salomonis & Eleazari apud Josephum *Libr. 8. c. 2.*

3. Electrum Minerale collo appensum pro Amuleto, itemque in potu sumptum, liberat à spiritu im̃undo, injaculata præcavet, & veneficia atque ligationes importunas confestim solvit: Idem præstat & potus ejus.

4. Corallum rubeum, ejusque Tinctura volatilis, quod est Herba lapidea in Veneficiorum destructionem nata, unde invite hunc lapidem Diabolus tolerat, ut etiam globuli e-

jus

jus appensi incantatis, licet fortiter alligati, sæpe statim inde disrumpuntur.

V. Vegetabilia plurima: Quorum antesignanum est Phu sive Valeriana Dioscoridis (Daurant) flore purpureo, quoslibet & quomodolibet incantatos sanans.

Hypericon herbosior, flore minuto. Dein Verbena flor. purp. Abrotanum, Adianthum, Rutha, item Betula Arbor, tamliquor, quam lignum in Cerevisia decoctum, pota ut in Lithiasi) sanant incantatos, itemque Mictus solus per scopos Betulæ ligationes veneficas solvit. Horum a, no, tanda

1. Collectio, statione ea, quæ magis vegetæ sunt & mox oriente Sole.

2, Differentia ratione Dotium propriarum secundùm Ideas singulares & specificas respicientes & expugnantes contrarias noxias & venefi-

cas;

cas; Unde non quævis ſimplicia ſanant quosvis incantatos ex æquo, ſed ſingula ſuos compares, prout idem accidit & Hyſtericis.

3. Uſus tum ſanativus, eſt Herbarum crudarum conciſarun tantum non coctarum.

Quia Poteſtas earum integra conſiſtit in Integritate totius concreti, unde vis earum idealis contuſione perit:

Tum Præſervativus, injaculata expulſa illis Herbis involvenda, quibus ineſt vis expulſiva ad impediendas recidivas & aſſervanda, quæ pari ratione qua Magnetica, Vulnus abſens ſanant, hæc ſimplicia dotalia arcent injaculata eaque detinent & cohibent, ne rurſus injiciantur, vanamque Magi operam illudunt, quæ alias ut Theologi jubent merito quidem in vituperium Cacodæmonis combuſta, non tamen ideo reinjectione & recidivis

divis præterimus, idque Idea Herbæ præſidens præſtat.

Artificialia ſunt, quæ per corporum naturalium Analyſin & Syntheſin arte ſpagyrica parantur, aguntque vel per Ablationem Nocentis vel Additionem deficientis in Corpore Humano.

Ablatio Nocentis eſt.

VEl 1. Proxima & à priori, ſcil. Cauſæ efficientis & continentis Morborum, id eſt, indignationis & perturbationis confuſionisque Archei irati & irritati, indeque impetum facientis & ſe ipſum lædentis, idque per univerſalem ſedationem & ſolamen ejus ad Pacem auream capeſſendam, ſeſeque quieti dandum, remotionemque Ideæ malignæ & morboſæ conceptæ, characterisque ſeminalis producti, ne deinceps ulterius indigna-

natus, Morbum pariat aut foveat, partumque jam potius deleat, imo insuper profligationem spontaneam causæ occasionalis ipse meditetur atque procuret.

Hæc autem præstant Remedia sedativa & Anodyna Sacharina, dulciaque instar mellis, quæ omnem dolorem placant, omnemque exacerbationem & furorem Archei sedant cum suavi Somno ac Quiete & principaliũ facultatum restauratione.

Qualia sunt 1. Principaliter *Arcanum Ignis Veneris*, quod est Sulphur ejus volatile resuscitatum ac gloriosum.

2. Minus Principaliter *Sulphur Vitrioli Philosoph.* & *Anodynum Sacharinum Sulphuris Communis*. Itemque *Sal Sacharinum Roris* generalitate indeterminata pollens.

Vel 2. Remota & à posteriori scil. effecti & producti Morbosi, tanquam Cau-

Cauſæ occaſionalis : Idque per reſolutionem, averſionem & [illegible]nem, exhalationemque ejus, vel inſenſibilem vel certe valde tenuem & cum reſtauratione virium, Ægrique juvamine, ſecundum Aphoriſmum. *Hippoc.*

Si ea tollantur quæ convenit (id eſt quæ nocent & onerant) Æger melius ſe habet & facile fert. Hoc autem nullo modo debite fit vulgò per Laxativa venenoſa, liquefactiva & putrefactiva, ut neque per Cruoris evacuationes atque ſubductiones, viriumq; ac vitæ caſtrationes, cum ea quæ nocent intus, ne aut vix Drachmam unam pendeant, nec proin quantitate ſed qualitate noceant : ſed per Remedia dotalia ad id directa & propria, id eſt, Arcana præparata, quæ omnem cauſam occaſionalem ſordemque nocivam, ullibi latentem detentamque in Corpore & quicquid peni-



penitiſſimo receſſu occultius & pertinacius reſiſtit, vi eminenti & pertingenti reſolvunt, conſumunt, abſtergunt & everrunt, ſicque quaſi falce demetunt atque proſternunt.

Talia autem ſunt 1. Majora & Univerſalia, ut Arcana Paracelſi, quæ eminenti Bonitate ac Poteſtate omnem ex æquo Morbum externum & internum reſolvunt, ac tollunt, ſuntque altioris Indaginis ſolisque Adeptis nota.

2. Minora & Particularia magis quæque univerſalium faſtigium & efficaciam non attingunt, facilioris que Præparationis ſunt, ut

1. Salia Alkalia volatilia, cujuscunque Generis & Regni, quæ inſtar Saponis cunctas ſordes abſtergunt, quorum facile Princeps eſt *Sal Tartari volatile* factum, quippe quod omnem è Venis Amurcam detergit, obſtruentium contumaciam infringit,

git, atque Apostematum suscepta conciliabula dispergit, de quo Paracelsus ait: Quocunque hoc non attigerit, vix alius Potentior perveniet. Hujus insuper Alcali spiritus, tanquam aptum Menstruum ac solvens Medium Rerum aliarum simplicium & appropriatarum (exempli gratia, Argenti, Mercurii, Unicornu, Succini, Lapid. Cancror. &c. Itemque vegetabilium) dissolutiones perficit, ad Morbos plurimos singulosque specifice sanandos. Qui etsi non sit solvens Homogeneum & immutabile, objecta sua in Materiam primam liquidam dissolvens (Quale unicum saltem & universale in Natura est *Ignis Aqua Philosophor.*) sed sua soluta anaticè homogenea deserat, ipse in nobis digestus, attamen dissolvendo illarum vires aliquot mutuatur, ab iisque in Salem volatilem ac coagulabilem redactus, in officina stomachi

chi ad Normam Ciborum digestus, transit, in Venas Mesaraicas, saltem per lotium istac deportatus, transeundo lambit resolvitque Sordes ibidem subnatas vi exotica sibi assumpta quā secum intro defert, plurimorum Morborum domitricem.

2. Spir. Alcalisati volatiles Vitrioli, Salis Marini, Nitri, &c. Qui sunt volatiles ac salini usque ad quartam digestionem pertingunt, adeoque resolvunt & abstergunt Excrementa molesta & morbosa in Itinere obvia, & per consequens etiam tollunt Caussam occasionalem plurimorum Morborum Chronicorum vulgo incurabilium.

3. Elixiria Salium volatilium ex Oleis & Essentiis vegetabilium & Aromatum in Sal volatile transmutatis per tædiosam Principiorum conversionem, totam simplicium Crasin referrens, ac Potestatem, efficiensque, quan-

quantum de istis simplicibus sperari potest in morbis singulis appropriatis. Et licet Essentiæ istæ sint calidæ, Elixir tamen transit in Medicamen temperatum.

4. Elixir Proprietatis Paracelsi, via media paratum secundum Helmontium; quod vi sua tam penetrante aperitiva & sudorifica, quam Balsamica & Aromatica, corruptionum Præservatrice plures Morbos & præservat & sanat.

Additiones Deficientis.

PRoprio modo non fit penuria Arboris vitæ, ideoque & vita nostra paulatim attenuatur, & retroit, ablataque proinde est Spes immortalis naturalis. Id quod scil. de spiritu vitæ & facultatibus vitalibus intelligendum, non autem de Cruoris egestastate, ut qui in dies per culinas pro-

prias reſtauratur quidem, aſt non itẽ vires vitaque. Interim tamen non nihil promittit præſtatque ſubſidii Oleum Antimonii Magici ſeu Metalli primi Eſſentiale in liquorem Mercurialem vel ſaltem in Elixir Salis volatilis converſum, quod non modo ſanat Morbos ad inſtar reliquorum Arcanorum per Abſterſionem & Proſcriptionem cujusvis Noxii; verum inſuper dote geniali renovat vires deperditas in univerſali, atque inæqualitates Roboris reſtaurat, unde nec fruſtra à Paracelſo vocatur *Vinum vitæ* & Eſſentia Membrorum ad vitam longam ſolus Apex & Culmen Spei.

Sic quoq; liquor Sulphuris acidus tanquam ipſe fumus ejus in Salem ſuum Mercurialem combibitus prout alias odore ſuo Vina à Corruptione præſervat, ita etiam ſanguinem noſtrum tanquam Vinum vitæ, adeo ut ſic & det Vitam longam, ſaltem à mul-

multis Morbis corruptionem tueatur & præservet, cujus Virtute, Vita sana, à Morbis immunis, & à Symptomatibus tranquilla, saltem quodammodo protelatur: Usu quotidiano guttar. 2. vel 3. singulo pastu in primo haustu sumptus, Ejus efficacia senex quidam 58. Annorum deinceps adhuc ultra centesimum Annum sanus supervixit. Idem autem plus fuerat & Elixir Proprietatis inest odor & fragrantia subtilis, continens materiam liquidam nostri corporis à Corruptione tanquam Balsamus.

Particularia.

Quæ agunt per dona propria singularia & specifica à Creatore singulatim destinata ad morbos particulares: Quorum Copia ubique abundans est per omnia Regna simplicium obvia: Scientia autem in-

certa & incognita nec nisi per observationem sensuum usitata, secundùm triplicem Morborum Classem divisa, pro trina Actione Regiminis in Homine, cui tam Membrorum Partiumque omnium & singularium Facultates pariter, ac Ægritudines, quam Remediorum directiones & dispensationes subsunt & parent; Quarum una universalis, ut Duumviratus stomachi & lienis; Duæ particulares, Pylori & Uteri.

I. Actio Regiminis Universalis.

DUumviratus Stomachi & Lienis; cui subsunt Partes earumque Defectus & Morbi, qui sunt, & quamdiu à solo Regimine directi, potestativi dicuntur, quorum ideo Remedia pleraque sunt stomachica.

In-

Interni,

lique vel *Communes* vel *Proprii.*

Communes.

1. Obstructio, Oppilatio, Constipatio unde plurimi Morbi alii, Febres, Hydropes, Icteri &c. dependent, quod impedit, quo minus spiritus vitæ per omnia libere gliscat, Muniaque sua obeat, unde partes posteras vitali communione privat, & consequenter corruptiones à Putrefactione accersit. Hujus autem Sanatio est Ablatio Obstruentis eaq; per Resolutiva & Absters iva.

Vel 1. Leviora in primis viis, stomacho ipso & intestinis, à Mucoribus Sordibus annexis vel Mesaraicis, à Chylo crudiore & insyncero everrendis.

Qualia sunt vegetabilia

1. Radices Ari.

2. Pilulæ Ruffi debite & non ad lucrum præpar.

3. Salia Alkalia lixivialia (ut cinerum testarum &c. quæ sub digestione stomachi migrant in acredinem, vias abstergentem & sordes adnatas incidentem, Excretricem stimulantem.

4. Tartarus purificatus compositus & acuatus cum vitrioli purificati & albi dimidio, simul vel quando in Aqua pluviali sufficiente solvitur, filtratur & ad liquorem melleum coagulatur, Dosi à ℈ß. ad ʒj.

Estque Tartarus vitriolatus purgativus & vomitivus lenis, vel etiam cũ Salis sui Alcali ana partem æqualem simul coquendo in Aq. pluvial. suffic. soluti despumando & per pannum filtrando, quod deinde iterum refrigerat in Cristallos albos simul concrescant. Estque purgans lene & diureticum, Dos. à ℈j. ad ʒj. vel sic assu-

assumet forma sicca, vel forma liquida potionis in aqua aliqua propria, ut acidulæ naturales vel artficiales, soluta cum conserva Rosarum antiqua ℥j. calideque colata.

II. *Mineralia & Metallica.*

1.

VItriolum album nativum post separationem sui Sulphuris residui, quod est purgativum & vomitivum specificum in omnibus Morbis. Dosis à gr. 8. ad 24. Ejus loco etiam esse potest Sal Vitrioli fixum, post extremam destillationem ejus, à capite mortuo extractum.

2. Antimonium, Venus & Mars extractum cum Tartaro purificato pulverato & Sacharo albo & Mellis ana ℥ij. scil. Antimon. præparati in flores, Crocum aut Vitrum gr. x. vel

xij. pro adultis, vel medietatem pro junioribus in Vini albi Austeri loti, vel in olla vitreata per quadrantem horæ ad ignem carbonum decoct. cum continua despumatione inter bulliendum, tum ita fervide per pannum transcolat. ♀ aut ♂ quidem è suis propriis vasibus scil. Cupreo pro Adultis & Robustis imprimis, & ferreo pro Infantibus & debilibus, novis pri⁹ ab omni sorde & pinguedine adhærentibus opt. extensis & purgatis in Vini Austeri quartuli eodem modo decoct. vel usq; ad cõsistentiam medietatis, quod extrahit æruginem vel ferruginem, colatur & postea in vitro ulterius evaporatur usque ad formam liquoris, qui mitior vel continuè in ipso vase usque ad eandem formam liquoris, qui fortior calide assumendus in lecto, qui intra horam dimidiam vomitus & sedes movet, & intra horam fere omnia absolvit, stoma-

machum imprimis à cibo & potu inordinato corruptum, unde plurimi Morbi & Symptomata occulta, ut dolores capitis, febres, lumbrici &c. expurgat & mundificat.

3. Mars sive in Pulvere suo stamomate, sive in liquore aëri amico solutus (prout etiam sunt Aquæ acidulæ & Medicatæ è vena ♂ & vitrioli ejus) quæ etsi per se quidem constringat, per accidens tamen aperit, deobstruit alvumque ciet (unde & Squammæ ejus ad ventri subductionem adhibita) idque potestate specifica & appropriata, ablato scil. secum Sale minerali fatuo & excrementitio resoluto in nobis, magnarum molestiarum, obstructionumque Authore, neque purgantibus auscultante, quæ ipsi assumpto statim confluens adhæret ad ipsum dissolvendum (quemadmodum ☽ in 🜄 soluta æri apposito & æs solutum ferro) a-

deoque sic juxta illam coagulatur, simulque cum eo foras prodit stercoribus nigris, atque hac ratione etiam viscerum effectus levat & menses provocat vel 2. Graviora; in recessibus penitioribus & occultis scil. Venarum & Viscerum penetralibus. Qualia sunt Salia Alcalia volatilisata & saponaria, quæ tanquam subtilia quaqua versum eant & penetrent, suumque eminus objectum demoliri queant, & instar Saponis cuncta abstergant, præcipue Sal Tartari volatile & Sal Urinæ cristallinum: Item spir. vitrioli volatilis & Elixir Proprietatis.

II. Casus & Contusio.

Unde Coagulatio sputumq; Sanguinis extravenati in Corpore.

1. Rad. Ari aceto bullita & correcta in pulv. sumta.

2. Rad.

2. Rad. Bryoniæ alb. (ut in Hydrope.)
3. Remedia Pleuritidis.
4. Elixier Proprietatis.

III. *Atrophia & Obesitas.*

I.

Potus diureticus loco ordinarii sumptus brevi eas restituit, si occasionalis saltem à latice foventur.

2. Liquor acidus Sulphuris gracilitatem confert, quotidie aliquot guttas sumptas.

PROPRII.

I. Capitis. Cephalalgiæ.

Cibus recens assumptus eam mox sedat in stomacho.

II. Corrizzæ.

Sternutatorium ex Helleb. nigr. & Sach, ana mixt.

III. Apoplexia & Paralysis Vertiginis.

1. Vomitus ex vitriolo albo, sub ejus initia exhibitus, solvit recentem.

2. Salia volatilia Aromatum stomachicorum & Cephalicorum, ut, Cinamomi, Lavendulæ, &c.

IV. Epilepsia.

1. Ungula Alcis affricta, appensaq; instar Amuleti, Epilepticos insultus paulatim arcet Sympathetice, sed usu effœta impotensque redditur.

2. Sal volatile Sanguinis humani.

3. Salia volatilia vegetabilium Cephalicorum & Appropriatorum.

V. Soporum.

Radix Carlinæ ejusque Succus & Extractum arcet Somnum, multoq; magis sopores præternaturales.

VI. Amentia.

Melancholiæ, Maniæ, Rabiei, &c.

1. Helleborus niger à posteriori

Amen-

Amentiæ singulariter addictus ab antiquo, quod alleviat Conceptorum Gravitatem, quod auffert aliquid de producto aggravante & phantastico, non tamen sanat eam, nisi in natura sedente, quæ ipsa sibi opituletur, & in casibus præsertim ex repentina perturbatione ortis, satagente suam reliquam sui Bonitate mixtus cum Sacharo (ut in Corrizza) eaque dosi assumptus, ut non laxet, ut in Amentiis proprio Ente delirio è propriis sui Excrementi Ideis ortis.

2. Submersio totalis Ægri sub Aquas, ter continuatim repetita, prima vice ad spatium Miserere, dein duabus aliis ad spatium Orationis Dominicæ Zona subter Axillas circumcincta, alligatoque in pedibus pondere, tum extracto Corpore submerso, super vas teres reposito, dorso supino, tectoque Capite declivi, ut omnis aqua hausta per Pulmones rejiciatur,

Ægerq; reviviſcat ſanus, quod ſic Idæa prior ſtulta ac demens necatur, idque in omnibus generibus Amentiæ & Rabiei.

3. Sulphur vitrioli Philoſophorum Narcoticum, ſoporificum & melle dulcius, unde in omnibus mentis alienationibus & Hypochondriorum Phantaſiis & Paſſionibus proficuum: Quævis narcotica ſuſpendit Lienem ab operoſa Phantaſmatum ſæviorum exercitatione in cerebrum præter Memoriæ capſulam dimiſſa vi Lucis Regiminis animati. Opiata autem (in quibus Sulphur amarum) nihil proficiunt, quamdiu ſomnum nocuum & cum labore auferunt.

II. Thoracis.

I. Pulmonis.

Ut Aſthmata, Tuſſes, Screatus, Stertores, Anhelitus, &c.

In

In Genere.

Remedia Anodyna vi restaurante & corroborante prædita, quæ non solum pacant sedantque symptomata ejus molesta, sed etiam Caussam, eorum id est, degenerationem & corruptionem liquoris spermatici & alimentarii, indegener Phlegma & Sputum. (quam diu à vitio Fermenti digestivi, adeoque defectu Regiminis Duumviratus dependet) cohibent & tollunt, idque Jure Duumviratus stomachi, qui solus vi digestiva generali, cæteris digestionibus præsidente, Remediorum beneficio excitata & adjuta compescere valet errores, vitiaq; digestionum, productionesque Excrementorum in Pulmone, nisi Pulmonum proprio defectu, à corruptione Roboris innati, qui tunc invito stomacho in tabem abit.

Talia autem sunt :

1. Anodynum Sacharinum Sulphuris,

phuris, è floribus ejus (non vero corpore, quod in hoc casu idem præstat) apte resolutis, & apertis, præparatis, ut nobiscum colludere queant, visq; anodyna ita elucescat, ut adhuc intra stomachum detenta inde Luce Regiminis ejus ad Regimen Pulmonis spirituale contendat: Aliquid & præstat Fumus 🜍 accensi, qui penetrat, Pulmonesque adjuvat, quemadmodum Vinum à corruptione liberat & præservat.

2. Opium & Opiata ita præparata ut lethalia ab iis separentur, retenta vi & dote excitativa ac restaurativa potestatis in Duumviratu, adeo ut vis virusque Opii tam Narcoticum quam nocuum alterum ipsi annexum ita retundatur & supprimatur, ut non amplius Somnum sed solam Pacem & Quietem Archei, cohibitionemque erroris & degenerationis digestivæ introducat, vi sua dotali restaurante, quod

quod alias nocuum cum proficuo assumpta, unum alterum impedit. Sic Laudanum Paracelsi per noctes insomnes, Tussim pacavit, & sputa flava & horrida compescit, & in alba sanaque mutavit.

3. Elixir proprietatis Paracelsi.

In Specie.

I. Anhelitus.

Vomitus eum sanat, si ob Vitam sedentariam.

II. Tussis.

Remedia Pleuritica, ut & vulneraria in potu usurpata.

III. Pleuritidis & Peripneumoniæ. Vide infra.

II. Cordis.

In Genere.

Palpitationes, Syncopes, Lypothimiæ, &c. Salia volatilia Aromatum Cor-

Cordialium, maxime Cinamomi, Caryophyll.

In Specie.

I. Febres.

1. Multa ſimplicia cruda appenſa ſaltem vel modice quoq; præparata, inſtar falcis omnes Febres demetunt.

2. Aſarum bullitione correctum Febrium tardarum Remedium fit.

3. Chimica ſunt tam Salia Cephalicorum ut & Majoranæ, Rorismarini, Ruthæ, Salviæ volatilia, quam Elixir Proprietat. Item ſpiritusSalis Marini ad Quartanam, contra Fermentum Lienis excitat & confortat & liquor Aroph.

Uſus in Aceto vel Vino hor. 1. ante paroxyſmum ſtomacho jejuno & prius per vomitum cum vitriolo albo evacuato & liberato ab excremento flavo & corrupto, quod vulgus Bilem vocat cum ſudore,

II.

II. Pestis.

Quæ respiciunt causas impediendas, ut 1. Fracedinem, Venenum & Infectionem, aëris, estque 1. Correctio & rectificatio aëris infecti, ut enecetur ipsum virus eminus in aëre, idque per suffitus debitos, præsertim è ♃ vivo ac purificato accenso, ut & pice. 2. Habitatio in aëre aperto & libero, vitatioque locorum fracidorum.

II. Timorem & Tristitiam Animi.

Estq; 1. Animositas, cujus medium est confidentia ac fides valida ac pugnax contra terrorem prorsusque negativa, id est, non solum non timens & horrens, sed etiam non credens, se infectum iri: Idque est omnium summum præservativum. 2. Hilaritas, præsertim ex vino generoso debite sumpto parta, quia Vinum lætificat Cor, Animosque facit & injuriam inducit, quæ non terretur à

Morte

Morte aut Peste Archeumque sic animat & adornat ut veneno resistat, receptumque etiam forte expellat.

3. Appræhensionem & Applicationem mumialem Corporis. Estque 1. Calor Actualis Corporis continuus & servatio ejusdem in Diaphoresi. 2. Potus ordinarius Vini picati vel sulphurati (quod fit Lagenam stricti colli Vino ad Tertiam partem repletam suffiendo Lychnio sulphurato ardēte, donec vinum omne Gas 🜍 in se combiberit) vitatioque Ciborum facile putrib lium ut Carnis, Piscium, Ovorum, Jusculorum &c. 3. Antidota & Alexipharmaca, tam interna, quæ proprie huc pertinent, quia semel infectos nunquam deinceps restaurant; ad quæ spectat Urina propria, quotidie pota, quæ pestem cohibet ac præservat ante accessum, sed quasi sub certa persuasione & spe vulgi assumpta, tam

tam externa, quæ ſunt Amuleta & Zenexta, de quibus poſteá.

II. *Sanativa.*

Quæ reſpiciunt.

1. Extinctionem Veneni peſtiferi jam intus concepti, eaque rurſus tam

Interna, ut, Rad. Carlinæ plena ſucco & viribus evulſa, potiſſimumq; ejus recentis extractum, Peſti recenti reſiſtens, quaſi Magnetica eſt, imaginisque Peſtilentis inſultus primos & ſopores circa ſtomachum refringit: Unde etiam Imperatori aliquando ab Angelo oſtenſa dicitur, pro Peſte Exercitus, indeque Cardus Angelicus dictus, quam

Externa, ut Amuleta eadem.

2. Expulſionem Materiæ Veneni jam Extincti per ſudorem copioſum ſuntq; Diaphoretica appropriataque. Eaque tam interna, qualis in-

pri-

primis est potio Hippocratis Alexiteria & sudorifica, id est, Vinum Græcum (vel generosum aliud) salitum sale fuso, cum 24. gr. sulphuris vivi purificati addito Zinzibere & Baccis Hederæ, fervide haustum, non tepide ad nauseam conpescendam & sudores potenter ciendos. Tum

Externa inunctio Corporis totius cum eodem vino Græco cum ♀ decocto, ac dein eodem ♀ asperso, beneque confricto ad sudorem eliciendum aliquoties reiterando.

3. Attractionem Veneni in stigmatibus productis, signisque Pestis, ut Apostematibus, Bubonibus, Carbunculis, Escara, &c. per attractiva præcipua quæ sunt

1. Gemmæ, Sapphirus saturate cœruleus principaliter, ac dein Hyacinthus fulvus, quæ solo attactu affrictuque longiori loci infecti, quo Pestis se prodit, deinceps Absentes Virus

totum

totum è contaminato attrahunt magnetice, modo id viribus nondum debellatis fiat, ducuntur autem circa locum infectum paulatim in circulum, è regione Solis vel Luminis, ne scil. virus exiens, qua insensibiliter evolat, latius serpat, vicinamque partem aliquam infectet: Tum enim multo post, qua virus magnetice attractum (instar radiorum Solis, tanquam in conum contractum) tanquam per Tubum vel Caminum exhalat è toto corpore cunctisque glandulis cæteris, quæ spontè tractum circuli designati, exitumque veneni sequuntur, totus circulus mox nigrescit, tandemque in Escharam combustus excidit, Corde sic à mortifera Contagione præservato.

2. Bufo siccatus (sola suspensione mortuus aut potius Terrore humano enecatus, scil. solo Hominis intuitu intentis fixisq; Oculis in ejus Oculos, quem

quem dum Bufo loco firmo affixus non fert, intra semihoram præ Terrore & Odio, tanquam sua Peste emoritur, eorumque impressione perstite & sigillata posthuma (tam longè validius agit) in usum pauca Aqua tepida prius maceratus, loco dolenti seu stigmatico appositus, qui mox attrahit in se totum venenum cum dolorum cita mitigatione. Quod idem præstat Amuletum ejus, loco infecto alligatum.

3. Vegetabilia emplastrata & applicata, quæ potenter attrahunt cutimque aperiunt, ut. 1. Nasturtium aquaticum cum succo Rhaphani maj. foliorum subactum. 2. Cerasorum Halicacabi & Ficuum ad simul contusa.

3. Napellus, Uva inversa, Aconitum, prius aceto cocto, tam cum ficu contusa loco que apposita. 4. Asari folia aceto macerata tam Bubonibus quam

quam Plantis pedum & manuum opposita & in singulas 12. horas renovata & sepulta, quia emensum fœtent.

5. Vinum Græcum vel Generosum, cui ♀ incoctum sit, linteis intinctis & calidissimis applicatum.

N. Cibi vices in Morbo subeat Potus Vini generosi ut hilaritatem inducat, metumque ac tristitiam Animi excutiat.

III. Communia vel quasi Universalia, quæ utrumque Scopum attingunt, suntq;

I.

ANtidotus serpentinus Hippocratis, scilicet ex Carnea & Ossea Substantia Serpentum vel Viperarum excoriatarum & exenteratarum (rejectisque capite, intestinis, felle ac vena per spinam decurrente,

omnique Cruore) tepido Furno ſiccata & pulverata, mellique jam ſatis cocto & deſpumato inſperſa, ſine ulteriori coctura (quæ carnes virtutem ſuam in Jure & vaporibus deponunt) ad formam Electuarii, cui ille immiſcuit *Aroma Patrum* (*puta Crocum*) ſumendi in vino generoſo.

Quo Remedio Arcano Hippocrates olim ſibi Divinos Honores acquiſivit.

NB. Serpentes colligendi Juvenes, non Senes, nec gravidæ, idque vere, non tamen ſtatim ab egreſſu è latebris hybernis, ſed poſtquam victu novo aliquando refectæ fuerint.

2. *Externa*, Amuleta & Zenexta, quæ Poteſtate Dotali Magnetica pollent, auram peſtiferam trahente, ſuoque hoc Magnetiſmo contrario Magnetem humanum (qui tempore Peſtis per inſenſibilem tranſpiratum ab aëre vel contaminatis venenum forin-

rinſecus haurit) præcellunt ac impediunt, trahendo in adverſum noſtro Magnete fortius, atque ſic tam præſervative Apprehenſionem & Appropriationem Mumialem Archei cohibent ac impediunt, contagiaque ab eo tollunt vel arcent; quam ſanative Venenum ipſum peſtiferum virusque conceptum ſuperant & enecant.

Talia autem ſunt.

1. Gemmæ prædictæ prius ad 7. pulſus planetarios ac principales (id eſt temporum, 5. Gutturis, Carporum, Malleolorum & Cordis Cameræ in Mamma ſiniſtra) usq; ad calorem confrictæ, & hoc modo fermento mumiali tinctæ, mumiæque noſtræ appropriatæ ac maritatæ; Deinde collo ſuper mammam ſiniſtram appenſæ, Periapti vices q. hoc ſolo affrictu Nomen Officiumque prius mutant, atque in Amuletum ſive Zenexton Peſtis evadunt. Hinc non fruſtra

in lege olim Sapphyrus præscriptus Sacerdotibus, ut quibus data est Animarum cura etiam in Peste.

2. Succinum cujus frustum lucidum, præsertim rubens, vices Gemmarum gerit, pro pauperibus inprimis destinatum, eodem modo applicatum.

3. Mumia Bufonis ejusq; Senis & Magni (cujus oculi scatent vermibus albis, ad instar Casei, nigris Capitibus prominentibus, adeoque ut uterque Oculus totus quasi in Vermes transformatus sit, in singuloque Oculorum foramine prope 50. dense compacti sint) Mense Julio, Luna decrescente post Meridiem capti, statimque tibiis suspensi pro Capite prope focum ignis, maxime coram Hominum præsentia & aspectu propter exaltationem & impressionem Phantasiæ odii & terroris humani, supposita patina è Cera flava, qui post triduum evomit

mit terram & insecta aliquot Muscarum ambulantium alis viridibus quasi deauratis ac nitentibus, deciduis simul Vermibus ex oculis, ubi mox à Vomitu obit.

E quibus sordibus vermibusque & cera una cum cadavere exsiccato & pulverato conjunctis, trochisci parvuli formandi cum Tragacantho puro pro Amuleto, longe excellentissimo præ cunctis aliis valido, portando itidem super Mammam sinistram, itemque alligando loco affecto, quod validius ac promptius est jam sæpius usurpatum quam recens: Unusque Bufo sufficit multis Hominum millibus.

III. Venena, Morbique vel Venenosi.

Pulvis Serpentum Alexipharmacus, ut supra in Arcano Hippocratis:

Item Sal Volatile, aut Arcanum Serpentum.

IV. Pleuritidis & Peripneumomiæ.

Sanguis Hirci ad ℨj. in Vino sumptus. Dens Apri, Virga Tauri, Cervi pulveris: Succus Cichorii sylvestris, flores Bellidis & papav. sylvest. Fimus Equi in Cerevisia vel Aqua dilutus expressus & potus cum sudore copioso excitato.

III. Ventris.

I. Splenis Affectus.

1. Melancholia, Mœror, &c. Lapis Fellis Bovis interne assumptus.

2. Apostemata ejusdem, Lapides Cancrorum in spiritu Aceti soluti & bibiti.

II. Externi.

Quo-

Quorum Remedia sunt.

I. Universaliora & Communia.

Qualia sunt Sympathetica & Magnetica eaque sunt.

I. Simplicia.

1. Herbæ Magneticæ, & quidem vel

Singularis ac Principalis.

Usnea seu flos cœlestis, Herbula semine cœlesti & sydereo, in Calvaria Humana violenter mortui, & ad syderum influxum siccati, tanti, tanquam in Agro suo sata & producta ex virtute mumiali Medulla ossium Cerebrique, quæ ideo insignia, & supra vulgarium vegetabilium sortem Potestatum & Virtutum Fundamenta obtinuit, dotesque Astrales & Magneticas, quibus multa mirabilia patrata sunt, utpote cum Cœlorum favore influentia continua sunt ditatæ; hinc dolores pacat, Fluxus Sanguinis sistit, morbos caducos aliosque sanat, quin

imò intra Cutim consolidata, ipsi Tutelam præstat inviolabilem, &c.

Vel Vulgares, ut

Persicaria sive Hydropiper, Consolida, Sophia, Serpentina, Brassatella aliæque plures, quæ frigidæ demersa in Aqua, Vulneri aut Ulceri impositæ vel aliquandiu intepescant, moxque loco cœnoso defossæ, simul paulatim ex ægro magneticè attrahunt, quicquid nocuum est; Idque cum jam putrere incipiunt, quando tum Virtutes, sub Corporis sui putrefactione, jam quasi repagulis solutæ, Magnetismum secum dormientem & præpeditum, libere exserunt, & juxta Contagionem impressionemq; à parte vulnerata ac ulcerosa conceptam, reliquum mali penitus exsugunt.

2 *Succinum:* Quod Phantasia sua attractrice naturali, transplantata non tantum Virus Venenumque &c. sed & infixa, Plumbum, &c. è vulneribus

neribus magneticè extrahit, ſanatque alia deſperata, in ſpiritu Vini ſolutum vel Gummis immixtum.

3. *Vitriolum* optime purificatum & ſub diebus Canicularibus ſub ingreſſu ☉lis in Leonem per integrũ ſignum Radiis ejus calcinatum, & in pulverem album ſympatheticũ verſum, linteo cruento vel purulento aſpergendum & involvendum.

II. COMPOSITA.

Unguentum duplex.

1. Sympatheticum ſeu Magneticum ſimplex ex Mumiis humanis compoſitum, ſcil. Uſnea Cranii tanquam agente principali: Sanguine: Adipe & Mumia Humanis, Cadaverum violenter mortuorum, una cum Bolo Armeno & Oleo Lini ſimul coalita in Balſamum compoſitum talem, in quo è ſola Phantaſia naturali ingredientium, nova inſolitaque Qualitas

ac Poteſtas medica & magnetica ſimul reſultat, omnis alienæ noxiæque Qualitatis à toto Corpore tam humano quam bruto tractiva, cujus ſcil. Vulnerati Sanguinis, vel Ulceroſi Pus Saniesque recens, ſpiritu adhuc abundans bacillo vel linteo exceptus ſiccatusque eo emplaſtratur & cuſtoditur.

2. Magneticum Armarium proprium quod idem eſt cum priori, niſi quod inſuper recipiat pinguedinem taurinam & Mel, idque non fruſtra, quod Uſus Effectusque requirit violentiorem taurinam impreſſionem cum vindicta poſthuma traduce (quod Taurus moritur excellenter vindicativus) Mellisque aëream communicationem; eſtque in illis Caſibus ubi abſente ſanguine, ſola arma incruenta habentur & inungenda.

In his autem diligenter notanda.

1. Poteſtas Balſamica & Medica mirifica in medio Balſamoque naturali & odore ſolo ſympathetico determinata & connexa, recepta in cruore Vulneris vel pure Ulceris, per Applicationem & directionem ejus ad objectum diſtans ſimile Magnetiſmum perficiens. Cujus Effectus eſt Archeum eminus læſum ac indignatum ſolari ac pacare, ſicque univerſaliter, perfectè, citò, tuto & jucunde ſanare Vulnera, Ulcera, Oſſifragia, Hæmorrhagias, &c. ſæpius deſperatas, cum revocatione Ægri quaſi ab inferis, doloresque eorum & quosvis alios, ut dentium &c. ſiſtere, idque ſine virium Jactura ſineque ſumptu.

2. Cauſa Magnetiſmi omnisque Actionis & Poteſtatis Magicæ, ut in omnibus rebus naturalibus, etiam inanimatis eſt Phantaſia forma earum, ejusque cenſura & ſenſatio na-

tiva (quod eſt Cœlum & Aſtrum rerum ſublunarium, adeoque Aſtronomia inferior ſuperiori Analogia in ente rerum ſeminali ejuſque ſpiritu inſita) qua ſcil. ſpiritus cum ſpiritibus naturalem ſimilitudinem vel contrarietatem, tanquam Aſpectus quosdam ſentientes, legem concordiæ & Amoris vel Monomachiæ & Odii alunt, adeoque univerſum Regnum ſpirituum ſibi invicem ſymbolizat, perpetuamque conſpirationem ac connexum ſervat; Ita hic eſt Phantaſia in ſpiritu vitali organoſico ſanguini extravenato imò & excrementis puris, Saniei, Urinæ, Stercoris &c. & cuivis effluvio perſpirabili intrajacente continuoque egrediente, quæ etſi vitæ communi jam priva ſint, initiaque corruptionis ingreſſa, ſpiritu tamen vitaque mumiali adhuc prædita ſunt (prout cruor jam putridus in Ovo Magneticus tamen eſt) qui cum

ad

ad ſpiritum totius ſui individuum unde fluxere, lege, Philavtia, perpetuũ aſpectum reſpectumque gerat, hinc ipſis adhuc ineſt participatio quædam totius, etiam extra Concretum Naturale.

3. Modus Magnetiſmi, qui fit, dum Phantaſia ſpiritualis ſanguinum ſordiumque in extravenatis, jam quaſi ſopita, virtute medii magnetici excitatur & in ſpiritu ſuo alteratur, poſt ſenſum objecti medii commota, reperiensque & concipiens ibidem Medicam Magneticamque Virtutem, indeque inductam ſibi qualitatem ſalubrem, momento entitatem idealem diſpergit diradiatus ad totum ſui individuum eamque copulat Radio entitatis paſſivæ totius, ſicque magice magneticeque virtute mumiali Balſamica & attractiva, in medio acquiſita & non modo vulneribus & ulceribus, ſed toti integrati communicata, ſanat

germanum ſanguinis ſpiritum totius per extractionem univerſalem omnis peregrinæ impreſſiōis & tincturæ introductæ, unde labra ab omni dolore & accidente & ſuppuratione præſervata, nullibique impedita, ſtatim per ſe accreſcere feſtinabit.

4. Directio medii magnetici vires in cruore, pureve abſente receptas ad objectum diſtans ſimile vulneris aut ulceris deferens: Eſtque

1. Macrocoſmica & remota magia Mundi inviſibilis, ſpiritusque mundanus univerſalis, vita ſenſuque communi præditus, indeque omnis vitæ ac ſenſationis, Actionis & Paſſionis naturalis proximus Diſpenſator & Director & Internuncius intermedius inter omnia habitans, omniaque replens & attingens, cuius vinculo ac fomite ſic ſpiritualiter ſine diſtantia ſe invicem tangunt.

2, Microcoſmica & proxima, Idea &

& intentio applicantis remedium ſympatheticum, connexa in medio tanquam Operis Anima, eaque deſiderii amoroſi & condolentiæ Samaritanæ, Matre charitate genita. Quæ ergo Directrix operativa & adæquata & Balſami ad objectum ſui deſiderii, cum pari juſtoque effectu ſanationis, ſine eadem longe indigniori & infeliciori, ſub intentione contraria Reſpectus Lucrique proprii. Vitioque Tædii, indignationis aut incuriæ, &c.

II. Particularia & Propria.

I. VULNERUM.

Quæ indicant & requirunt.

1.

SEdationem Archei indignati & irritati

tati necessariam pro vulneribus forinsecus inflictis & duplatis, quæ proprio nomine dicuntur vulnera nostra non aliena, scil. qualitas & dispositio exotica vel maligna, vulneribus aliàs simplicibus introducta & impressa per Ideas malignas indignationis, Iræ, Vindictæ, &c. conceptus, adeoq; sola Censura Læsionis & Sensationis Injuriæ & Indignæ, quando homo læditur, nisi à se ipso, currente simul aëris inimico congressu, unde mox sanguis & archeus in labris vulnerum offensus æstuat intumescit, apostematur & suppuratur, imò totum abinde corpus Febribus ac variis Symptomatibus conflictatur: Idque per extractionem dispositionis hujus peregrinæ, qua labra ab omni accedente doloris & suppurationis puræ servantur, moxque per se sponte accrescunt quia ipsa Natura est morborum Medicatrix. Hujus Remedia

sunt

sunt mansueta & sedativa, quæ pollent aguntque virtute Balsamica quæ Archei insiti & injuriati & localis Pacem & Quietem conciliant.

I. Interna. Potio vulneraria, cujus Qualitas spiritualis esse debet Alcali occulti, & quidem volatilis in ea contenti, talis autem est. 1. In lapidibus Cancrorum & ossifrago in spiritu Aceti dissolutis vel in vino bullitis. 2. In Herbis vulnerariis dictis, vino & aqua decoctis. Item in Alcali fixo etiam ligni Fraxini & Tiliæ in lixivio assumpto.

II. Externa. Balsamica, eaque vel Magnetica ut supra, vel vulgaria, Balsama, Olea, Emplastra, qualia sunt.

1. Balsama Resinarum, Herbarū & Florum appropriatorum.

2. Balsama è Minio, Cerussa vel Colcothare parata.

III Balsamus Samech Paracelsi, sanans quævis vulnera statim sine suppura-

puratione, aut dolore: Estque Sal Tartari rectificatum & immutatum in Balsamum, adeo ut ejus sapor lixivialis & causticus in saporem adstringentem & Balsamicum convertatur per connubium copulamque & impraegnationem Salis volatilis spiritus Vini.

IV. Halec cruda salsa, in morsu Canis rabidi applicata, eum sanat ante Hydrophobiam triduo renovata.

2. Consolidationem requisitam pro vulnere simplici, quantum est continui solutio & separatio contusioque, quam quidem praestat natura ipsa, si non sit impedita (ut supra) Remedium tamen consolidativum est Gluten è Pellibus animalium paratum praesertim autem à Cute Humana, violenta morte integraque valetudine interempti, in vino solutum & applicatum, quod mox vulnera conglutinat.

II.

II. ULCERUM.

Causa occasionalis & Radix eorum est fermentum quoddam seminale deleterium atq; Virus proprium contagiosum susceptum, partisque fundo ab Labris seu Oris (non cavitati) impressum & insitum, ejusque Archeo exoticum, Carnis & Cruoris boni corruptivum. Indicat autem

1. Ablutionem fermenti corruptivi Remediis vel internis, ut arcanis, quantum à principio interno dependent, vel

Externis, quæ sunt vel

1. Magnetica, de quibus supra.

2. Ordinaria, suntque venena inversa & fixa, jamque mitia & mansueta, quæ ipsum ulcerum Fabrum & Corruptorem sunt enecando, non ut corrodentia & absterliva, ita ut ulcera pro sua malignitate corrosionis gradus suique augmenta optent. Talia autem sunt,

1. Real-

1. Realgaria fixa, unde Balsamus Fuliginis Paracelsi, id est, Arsenicum vel Auripigmentum, primo per Nitrum fixata, dein ad ♀ adstringens dulcorata & mitigata, per repetitam spiritus Vini cohobationem: Quæ certo Ulcera sanant, non quod rodunt & exedunt, sed quod jam Venenum mite inanimatumq; nactum, per sui dulcorationem, quo ipsum ulcerum Venenum & Fabrum, sanguinisque Corruptorem domant & enecant foras applicata.

2. Colchotar Vitrioli, quod omnem ulcerum corruptionem necat: Idque pro ulcerum differentia diversimode applicatum scil. vel integre maceratum in Vino, quod tum sola lotione sufficit.

3. Vel terra ejus saltem elata & edulcorata exacte inspersa ac nonnunquam in Oleo Lini cocta usque ad nigredinem, quæ pro Basi Unguenti

vul-

vulnerum Felix Würtz. II. Restitutionem Cavitatis per succretionem Carnis & Cicatricationem Pellis, quæ natura quidem per se præstat, quo semel enecato corruptore, caro deinceps sponte è fundo succrescit.

III. OSSIFRAGII.

1. Universalia Magnetica, ut supra.

2. Lapis Ossifragus, spiritu Aceti resolutus, & interne assumptus, dono appropriato & specifico sanat.

IV. APOSTEMATUM & TUMORUM.

1. Pinguedo Leporis, maxime vetusta, quæ ea emollit & rumpit.

2. Sanguis hircinus exterius applicatus ea maturat.

3. Oleum Strumarum, ut infra.

V. CANCRI.

1. Gluten de Aquatico Paracelsi, id est, Rana integra vel Bufone, per

Blas

Blas lunare ipsius Plenilunii & Frigus Hybernum atrocissimum, in albam & cristallinam diaphanamque Mucilaginem, ejusque primam materiam conversa, supra baculum in campo apperto locata per unicam noctem, mane liquatum Tragacanthum referens cum forma seu figura pristina.

2. Colchotar ♁, prius aliquamdiu in cella repositum ad mollescendum, dein cum farina Avenæ & Lacte subactum in Cataplasma, quod Cancrum enecat.

VI. SCABIEI.

Causa est vitium & contagium Pellis virulentum proprium non vero Jecoris, Principio scil. interno spontaneo sive Externo, Fomite contagioso aliunde haustum & transplantatum in contactu scil. corporis lintei vel supellectilis infectæ, in pelle tangentis concepto.

Re-

Remedium Unguentum externum præcipuo è Sulphure paratum, quod contagio inimicum tollit omnem propemodum pellis scabiem. Cui addi possunt Radic. Ellebori albi & Baccæ Lauri.

VII. EXCRESCENTIARUM.

Quales Verrucæ, Clavi, Maculæ originales, Melicerides, Nattæ, Hemorrhoides, &c. Strumæ.

Quarum curatio fit per sui mortificationem extinctionemq; totalem, Attactu & impressione Medici agentis & mortificantis sympathetici & magnetici, ut

1. Lumen lunare frigidum in conum collectum unitumque per vitrum, eas superirradians, donec à frigore penetrentur, suaviter, adeoq; sic in radice mortificantur, ut deinceps sua sponte evanescant. Idque Lu-

Luna decreſcente, quia tum defectus Lunæ creſcenti auſcultant.

2. Cadaver humanum longa tabe lentaque morte extinctum, manus impreſſione forti applicatum, donec frigus mortale partem vitioſam intime penetraverit, idem efficit ac Lumen Lunare.

3. Sudor Agonalis morientium vel ſyncopantium collectus & illitus, qui cum nondum ſit latex in ſui natura, quam Ros Alimentaris, reſolutus à mortis Imperio, unde mirificas vires mortificandi obtinet.

4. Pomi transſciſſi pulpa interna, quæ affricta donec intepuerit, tumq; religata per filum, donec putruerit, ſecum ſimul putreſcere facit tactas excreſcentias & diſparere, quod ſimul atque vita pomi, (cujus pulpa Nucleum veſtiens eſt veluti fungus ſui rami, cum excreſcentiis, quæ ſunt fungi ſuæ carnis ſympathetice ſymbolizat)

lizat) ultima perit, cui excrescentiarum impressio fuit conglutinata, perit quoque sympathetice ipsarum vita ultima, retrocedendo per mediam.

In specie Strumarum & Fungorum.

I.

Fungus Rosetarum sylv. exteriori Cortice Castaneæ similis, in pulvere assumptus.

2. Pulvis compositus Strumarum ex Spongia marina in Carbonem combusta. ℥iij. Oss. Sepiæ ust. Piper long. Zinzib. Pyrethri, Gallarum, Salis Gemmæ, Calc. Testar. Ovor. ana ℥j. misce cum ▽ stillat. ex præfatis spongiis & paulatim exsiccatus; Estq; Remedium terrestre adstrictivum, mensis unius usu, Strumas Fungosq; liquans & fugans una cum prævocatione ab iis illata: Dosis ʒß. cum Sa-

D çhari

chari triplo paulatim liquato, quasi illinctus deglutiendus ☾na decrescente.

3. Unguentum Strumarum externum ex Olei Laurini (non adulterati per Pinguedinem suillam) ℥viij. Olibani, Mastichis, Gummi Arabici, Resinæ Abietinæ ana ℥iij. M. per retortam destilla Oleum quod denuo rectifica cum Cineribus clavellatis. Quod pariter valet ad alios Tumores duros & scirrhos.

VIII. HERNIÆ.

Magnetis dorsum sicut ferrum, ita intestina repellit, adeoque Herniam sanat emplastratum.

IX. ERYSIPELATIS.

1. In genere, Remedia saponaria & lixivialia, quæ illud extinguunt, quia Acidum ejus causam mortificant.

2. In specie, Magnes sive Stercus

hu-

humanum calide applicatur, quod una nocte omne acidum extrahit & necat, ut vix amplius deinceps redeat.

Cruor Leporis venati linteo exceptus & asservatus, dein externe applicatus; quasi Idea & Phantasia ejus tanquam animalis mansueti & pavidissimi metu suo Ideam furentem Archei sedat ac cohibet.

X. *GANGRÆNÆ*.

1. Lixivium forte, loco profundo prius scarificato applicatum, eam potenter & indubie sistit, quia omne lixiviale necat Acidum Gangrenæ causam.

2. Sanguis Talpæ applicatus.

XI. PANARITII.

1. Talpæ cruor, pellisque recens digito dircumducta, una nocte illud mortificat: Idem præstat sang. Vespertilionis.

2. Lumbricus terreſtris vivus impoſitus, donec moriatur.

3. Allium cum fæce calculoſa Matularum contuſum & miſtum applicatum.

XII. CONTUSIONIS CONCRETIONISQUE CRUORIS.

I. Interna. Lapis Cancrorum & Oſſifragi in ſpiritu Aceti reſoluti & aſſumpti.

2. Externa. Rad. Bryoniæ albæ raſa & ſuperimpoſita contuſioni in qua cruor ſub Cute congelatus & nigricans eſt, eum paucis horis in aquã reſolvit, eamque pariter per Cutem exigit.

XIII. SPINÆ INFIXÆ.

Axungia Leporis, vetuſta inprimis extrinſecus applicata eam è Cute elicit vi ſua attrahendi.

XIV.

XIV. DOLORUM.

1. In genere. Cujuscunque Chamæleon & Persiccaria solo sui Attactu Dolores atroces confestim sublevant. 2. In specie Dentium, 1. Magnetica generalia.

2. Os Bufonis brachii suo contactu eum sedat.

3. Dens Cadaveris humani spontanea lentaque morte defuncti, solo attactu dentem quemlibet dolentem Hominis sani marcescere & excidere facit.

II. Actio Regiminis Particularis Pylori; quæ etsi subsit Universali tanquam Cliens Stomachi, tamen in specie & proxime iterum imperat Jure quodam speciali.

PArtibus sibi subjectis inferioribus, Abdominis & Intestinorum,

quemadmodum Stomachus ſuperioribus, Capitis & Thoracis.

Horum autem Remedia Generalia ſunt ſedativa & ſolutiva Pylori, tanquam Rectoris, irritati, ſuntque communia plerisque ejus Morbis, ut: Inappetentiæ, Nauſcæ, Vomitui, Singultui, Torminibus & Morbis omnibus laxis & diſſolutis. Talia ſunt.

1. Semina calida, Anethi, Aniſi, Carvi, Cumini, Coriandri, Dauci, Fæniculi, contuſa & in Vino bullita & epota, quantum Pylori & Inteſtinorum Archeo ſuccurrunt & grata ſunt.

2. Vitella Ovorum 2. vel 3. duriter cocta & Aceto Roſaceo temperata atque comeſta, quæ appetitum reſtituunt ac Vitium Pylori corrigunt.

3. Ungula Equæ (non luxuriantis quæ noxia eſt) in Butyro frixa, pulveriſata & ſumpta, quæ Pylorum placat, hoc ſuo Balſamo.

4. San-

4. Sanguis Leporis, item Hirci.

5. Mars, ejusque præparata (præsertim à vena ejus & Vitriolum, in qua plus virtutis est; partes scilicet subtiles, quæ in fusione fornacis pereunt, prout & fontes è Vena ♂ orti) sive in pulvere sive in liquore acri, amicè tamen solutus, qui adstringit per se & qualitate secunda (licet & per accidens aperiat, ut supra) adeoque stomachum, Pylorum & vicina quæque roborat, morbisque inprimis laxis & dissolutis subvenit, ut Lienteria, Diarrhoea, Cœliaca, Dyssenteria, &c.

IN SPECIE.

I. Appetitus Læsi.

Expulsio & Absterlio Sordium ac Humorum vitiosorum exotica stultaque Phantasia imbutorum, Vel saturatio ejusdem Phantasiæ & Appetitus, qua expleta, compescitur.

II. Icteri.

Remedia sunt non deoppilativa: Cystidis Fellis, sed Abstersiva Veneni, quod alienat facultatem digestivam & distributivam. Qualia sunt:

1. Communia, abstergentia valida primæ Corporis Regionis, ut Salia quædam Alcalia calcinata.

2. Propria specifica & Antidota Pyloro congrua & grata: Eaque vel Interna ut

1. Insecta, Vermes aliquot, scil. Lumbrici terrestres, Millepedes, Vermes flavi asserum, &c. exigua Dosi sumpta.

2. Lapis Fellis Bovis (& forte ipsum quoque Fel Animalium)

3. Vegetabilia signata, Rhabarbarum, Crocus, Curcuma, Lapathum acutum, &c.

Externa: Vegetabilia ejusdem sortis, ut flos Chrysanthemi, dentis Leonis, & plura similia, foris tantum alli-

alligata. Quorum flavedo non sanat, sed signat tantum eorundem destinationem & Absterſionem Veneni.

III. Ilei.

Globi aliquot plumbei Musquetarum (quo plures & majores, eò melius & tutius) cum potu deglutiti, quæ solo sui pondere stercus induratum propellunt, Ægroto stante vel ambulante.

IV. Hydropis.

1. Interna. : Ut 1. Bryonia alba, ablato prius ab eo Veneno laxativo per ebullitionem in Aceto.

2. Diureticum ex lixivio ligni Juniperi cum Vino facti, una cum baccis ipsius contusis infusum, quod in potu suo insigniter aquas educit.

3. Antimonium in liquorem redactum, posteaque in pulverem ver-

 sum,

ſum, qui tantum per Sudorem purgat, omnem Hydropem modeſte tollit, citra Metum recidivæ, quæ tam cauſam occaſionalem aufert, quam Archei ipſius florentis Ametriam.

4. Tinctura Martis per reiteratam 🜍 ſublimationem, donec deſuper figatur præparati.

2. Externa: Totus cum lixivio ⊖🜍 & ○ cum Urina incocta, appoſito dein Cataplaſmate è ſtercore vaccino:

V. Lumbricorum.

Aqua cui ☿ vivus incoctus, pota, quæ necat Lumbricos & Aſcarides univerſas, exiſtentes etiam, quo potus ille nunquam pervenit, proprietate à ☿ hauſta.

VI. Lithiaſis.

1. Præſervativa, quæ reſpiciunt Ablationem impreſſionis & inclinationis

tionis petrificæ susceptæ, Caracterisque calculosi in Renibus, adeoque Metum recidivæ præcavent & tollunt, per remotionem, renovationem & restaurationem. Talia autem sunt

1. Liquor Aroph Paracelsi libro *de Viribus Membrorum* descriptus, (id est, Aroma Philosophorum) Estque liquor defæcatissimus pollens potestate Planetaria castæ Veneris proprietate specifica sopiendi vim Renū secretricem exquisitorem, (qua scil. Renes alieno noxioque negotio intenti nimium exquisite & perscrutantur Lotii elaborationi secretionique Calculi ab Urina incumbunt) pacemque auream ipsis inducendi, ut deinceps ab errore cessantes, suis tantum muniis & alimentationi indulgeant & tanquam suavi otio quiescant.

2. Lignum Nephriticum nostras, id ist, Betula, cujus tum liquor sponte è ramis superioribus vulneratis, men-

ſe Martio vel Aprili profluens, tanquam merum Balſamum Lithiaſis, dolores ſimul atque contracturas Ureterum laxans & ſedans tã in Lumbis, quam Inteſtinis, adeoque Diureticorum metum tollens ad cochl. 3. ſumpta. Tum lignum ſeu ramuli tenelli & ſubnigricantes, unde ſcopæ fiunt, tumentibus Gemmis nondum frondoſis, malleo ſuper lapidem conquaſſati & aqua incocti è qua Cereviſia paratur (cui quoque poſtea ſemen Dauci aut Beccabunga ſociari poteſt) Effectum habent præcautionis Lithiaſis, idque efficacius, vi eidem Cereviſiæ poſt maximam ebullitionem jungatur ipſe liquor.

3. Semen Dauci ſeu Paſtinacæ ſylveſt. Cereviſiæ incoctum, pro potu ordinario, quod præſervat à Lthiiaſi, ſed tarde, uſuq; continuo.

4. Liquor Veſicæ Urinariæ Embryonis Capræ, Vaccæ, aut Suis, exſecti,

cti, qui est saporis ab Urina alieni, cujus ℥j. singulo mane sumptus, à Lithiasi plane liberat.

5. Sal Marinum fusum, aut id, quod è Muria Carnis recoctum, quod tam sui Corpore copiosè comestum, quam spiritu destillato, frequenti usu tandem à Lthiasi & Calculo Renum præservat & liberat, quod etiam putrefactiones impedit.

II. Sanativa, quæ respiciunt Resolutionem Calculi generati, qua resolutis coaguli repagulis, conversione retrograda in liquorem, maximamque unde per Synthesin concrevit, per Analysin reducitur. Hoc autem præstant non corrosiva, sed resolutiva propria & saxifraga specifica, ut

I. Interna. 1. Salia Alkalia è Cineribus Testarum & Lapidum, præsertim Ludi Paracelsi, Cristalli, Silicis, Calcis vivæ aliorumque appro-

lum indolentem, tenuem atque flexibilem, ex aluta tenui, intus prius depicta colore albo (ex Cerussa & Oleo Lini) posteaque fasce arcta ita consuenda in fistulam super filum æneum, futura plana, non tuberanre, uno ejus extremo satis amplo, ad ingressum Syphonis Syringæ ambis sibi apte respondentibus, extrinsecus autem tota tingenda colla diluta, eaque siccata, eadem, ut intus, colore pingenda, tam ob fistulæ firmitudinem, quam prohibitionem Madoris.

VII. Dysuriæ & Stranguriæ

1.

Liquor Betulæ ut in Lithiasi.

2. Lapis Oculor. Cancr. & Ossifragus in spiritu Aceti solutus & potus.

3. Spi-

3. Spir. Salis Marini volatilis, qui totus diureticus, cujusque non par est Remedium stranguriis Senum tollendis, & Ardoribus Urinæ extinguendis.

III. *Actio Regiminis Irregularis, Uteri in Sexu*

MUliebri: Quæ per se & Jure Naturæ quidem & Unionis individualis, Regimini Regulari Duumviratus subest, ex cujus utpote influxu cruore & clientela vivit, per accidens tamen ex dualitate uteri cum corpore unitatis Hoste & Discordiæ fomite deficiens & rebellis, Potestate insita abutens, Regimini superiori, ipsisque Potestatibus mentalibus se opponit Duello aperto, Monarchiamque violen-

lentam & abſolutam in totum integrale ſibi arrogans & impetrans in proprii Corporis Vitæ & Poteſtatis perniciem, ſicque Sexum Muliebrem, jam communi Corporis Regimini, Onerique ſubditum, ſuæ quoq; Tyrannidi ſubigens, qui proin ſub duplici Imperio, duplici ſubeſt jugo ſervitutique Morborum, veri Hominis, alteri Fæmina duplex ideo Piaculum luens, quaſi in Eva duplicis peccati rea.

Hujus autem ſpectandus Status.

1. Naturalis ſcil. Sanitas. 1. Sedes. Uterus, qui cum non ſit pars Hominis integralis ut Hominis, ſed ei tantum inſit ut viſcus in arbore, ejusque cruore vivit, ideo & tanquam liber & exlex, vivit vita, Jure & Regimine particulari & proprio, communi quaſi Analogo, quo etiam abutens toti inte-

gri-

gritati se opponit & imperat Tyrannide despotica.

2. Agens & Efficiens, Potestas ejus phantastica seu imaginativa, Blas velut Stellarum potentissimum, vertens & evertens, susque deque omnia, à Liene, primorum motuum & conceptuum fonte, primordialiter accepta & participata, eorumque ideo particeps & compar, ut Uterus licet membraneus, velut sit alter Lien, qui & ideo proprio Seminis instinctu, statim secundinis Fœtus extensis velut alterum Lienem obducit. Estque ut in superiori Monarchia duplex quoque

1. Appetitiva & Concupiscibilis, Rectrix Vicariatum Mentis exercens, Uteroque pro Vita præsidens, quæ in Affectibus Cupidinis Uterinæ & Appetitu inordinato, Malacia, &c. prodigiosa elucet.

2. A-

.2. Aversiva & Irascibilis : Turbatrix insigni Thymosi & Furore pollens, & in Affectibus furibundis exundans ; à qua ut ejus Platoni Annal. furiosum dictus.

II. Innaturalis sive Insania.

I. CAUSA.

1. Externa & Accidentalis : Occasionalis.

IDeæ Entalis, primorum conceptuum Animæ Malorum, in Liene conceptæ & formatæ (q. non entales, ut cogitatio, non lædit earumq; *Turba*, tanquam importuna, peregrina & exosa, Archeum Uteri, Lienis consortem propinquum, ob consonantiam & conspirationem naturalem, contactu & penetratione vis ejus

jus aversivæ, primo movens, turbans & excitans, velut Canem dormientem alias quietum & sanum.

II. Interna & Essentialis.

1. *Efficiens* : Conceptus Archei erroneus & malus ex Turba Entis idealis alicujus peregrini, è Liene ablati, in immaginativa sua per indignationem impatientem & censuram falsam injuriæ & læsionis arrogata & introducta, ipsius infectivus, depravativus & alterativus, quia Turba aliena excitatus, velut assensu Pectoris, ejus Malignitate & Veneno se ipsum intoxicat, infasciat velut incantat, atque deinceps insanus & furiosus se ipsum, propriumque Corpus, ipsasque Potestates Mentales, à quibus fuerat irritatus, invadens ac lædens, cum propriorum Potestatum perturbatione & exorbitatione, per varias plurimasq;

masque Affectionum & Passionum Turmas & Impetus quoquo ruit undiquaque sese explicans sub vita muliebri, Morbosque & Dolores Hectativos varios & maximos infligit. Hinc earundem miserrima sæpe spectacula violentarum abreptionum & circumactionum ad ea quæ alias nollent, non secus ac Sagarum spiritu maligno actoria sub propriæ invisæ dementiæ scitu ac luctu, Vitæque non raro indignatæ & superatæ obitui; Exemplo Juvencularum Insulæ Chius apud Plutarch. à Desiderio Mortis suspendii correptarum, non nisi per verecundiam à Morte inusitatam & incussam placabili.

2. Materiam conceptam idealem, seu Idea ipsa Morbus. Estque sigillum seu character Entis ipsius, ab imaginativa seu appetitiva seu abstersiva Concepti in parte materiali Archei

chei defœdata & depravata atq; alienata, in imagine suæ alterationis & indignationis, tanquam in speculo proprio impressum & formatum, (prout accidit in fœtu ab imaginativa prægnantis extra se) quo tanquam partu Entis peregrini & insani: *Turbæ* Filius totus simul Archeus captus ligatusque in *Turbam* vertitur à se ipso proprioque munio abalienatur & dementat totus in proprio Ideæ speculo, inquietus furit ruitque vel motibus continuis, vel accessibus interruptis, dum totum Conceptum sive Medicaminum ope ex se iterum deleverit & exterminarit, suscitatis interim sub tanto Furore tam in proprio Uteri, quam Corporis totius, partiumque à se appræhensarum Oeconomia excrementis, seminalibus Furiarum Ideis insignitis, tanquam productis posteris occasionalibus ipsius Furoris,

roris, alias aliasq; ſtultas Ideas parientis, quam in alienis Excrementorum Tabulis depingit.

2. Differentiæ Furorum, variæ & indeterminatæ contra Regimen Uteri Tyrannida, violenta & deſpotica Claves & Faſces totius gerit, tam aperiendi quam claudendi Vias, Tranſitus, Venas ac Partes Corporis movendi & ſiſtendi, ſolvendi & coagulandi, omnia quæ pro voto & voluptate ſtulta & cæca, ſoloque nutu & citra ſui motum utraque Aporrhoeas materiales; Ita ut perinde ſit quicquid moliatur aut machinetur damni deinceps, cum non niſi per ſcenas incertas ludat Furor ejus. Hinc vel 1. Menſium ſeu ſuppreſſio ſeu imminutio, ſeu profuſio, Hæmorrhagiaque incredibilis, ſeu Depravatio, Decoloratio, Aquæfactio, Grumefactio, &c.

Vel

Vel 2. Seminis Corruptio, Pro
fluvium seu Gonorrhæa, &c.

Vel 3. Uteri dislocatio & excen
tricitas, Ascensio, Descensio, Inclina
tio ad Latera cum dolore immens
Item Abortus, Partus Defœcatio
Maturatio, Fœcunditatis privatio, ste
rilitatis inustio.

Vel 4. Blas Alerativi excitat
Affectuum incantamentiformium
productio, Entis Epileptici, vertig
nosi, Apoplectici, Paralytici, Hem
cranii, Cardialgici, Icterici, Colic
Syncoptici, Asthmatici, Hydropic
Spasmodici, Cardiaci, &c. Creatio

Vel 5. Colli Constrictio & Su
focatio Pulmonis Pororum Consi
catio & Præclusio, imò & Diapna
totius corporis sublatio, Loquelæ Pr
vatio, Artuum jectigatio, Cond
lomatum exarthroses &c. Singul
riumque varia Complexio & Con

ſio pro voluptarii futuris laxis, quæ non ſunt cuncta, niſi effectus & fructus ſupervenientes, Ideis ipſis morboſis Alterationum.

I. CURA.

1. *Præſervativa*: Eſtq; 1. Quies & tranquillitas Animi liberi à conceptu primorum motuum.

2. Vitatio rerum culinarum gratarum Aromaticarum ut & dulcium, ut Sacchari, Mellis &c. ut quæ ſopitũ Uteri Furorem concitant renovantque, adeoque infirmant; licet non inde ſequatur contrarietatum Ratio, quod idcirco fœtida & amara aut talia ſanent.

II. SANATIVA.

1. Extinctio Ideæ Furoris conceptæ & impreſſæ, quæ cum his per ideas oppoſitas ſalutares nequeat, propter inhabilitatem & impotentiam Mulieris ad eas formandas ſub furoris victoria. Ideo non fit, niſi per Reme-

cti rutilantes mox pallorem contrahant permanentem, pristinum Ruborem denuo resumant cum ejusdem convalescentia autem ad affrictum recentem Mulieris sanæ.

3. *Succini Essentia*; Sal ♂ Item Secundinæ Masculi primogeniti, Fel Angnis, & in Affectibus mitioribus Narcotica sola.

II. PARTICULARIA.

Et singularia quorum non omnia omnibus ex æquo conveniunt sive incantatis, sive Hystericis, sed singula singulis pro dote Ideali salutari tollendi sibi comparem oppositum.

1. *Timoris.* Abrotanum, Ruta, Salvia.

2. *Mæroris.* Artemisia, Ballote, Ribes nigrum, Urtica non pungens, fl. alb. Cucul.

3. *Odii.* Adianthus Nepeta, Valeriāa.

4. *Iræ.* Sambuci & Ebuli grana, Assa fœtida, Castoreum, Gagatis Essentia,

Verruca Poplitis Equini, Gas seu odor Sulphuris accensi.


5. *Furoris*: Hyperic. & Phu 3. Matth.

6. *Libidinis*. Succinum, Agnus cast⁹, Virga Cervi, Testes Bestiarum quarundam fumo arefacti, Veronica, Poplites Equi, Lepus siccatus.

2. Rectificatio Organi ad præcavendas recidivas insaniæ ejusdem.

Helmontius de Lithiasi in fine.

Medicina est Donum DEI. Hic autem Dona sua subtrahit Lucro intentis, nec semel cogitātibus de Mandato. *Estote Misericordes, sicut Pater vester in Cœlis, misericors est.*



PRO


SUPPLEMENTO INTRODUCTORII

SEQVUNTUR

ADNOTATA EX RELECTIONE OPERIS

JOHANN. BAPTISTÆ van HELMONT.

Quæ ſimul communicata adjicere libuit.



ADNOTATA
In relectione Operis Physici JOH. BAPT. HELMONTII.

SCientia Boni & Mali esu Pomi acquisita, est *ipsissima Ratio tantoperè à Mortalibus adorata. venat. scient. p. 21. col. 2. n. 11.*

Estque nihil aliud propriè, quam discurrendi sermocinalis facultas, nobis ut mortalibus, à peccato connata. *Ib. p. 23. col. 1. n. 22.*

Homo, est creatura vivens in corpore, per Animam immortalem, ad honorem Dei, secundum Lumen & Imaginem Verbi, primi Exemplaris, omnium causarum, sigillata. *n. 36. pag. 25.*

Fermentum in genere eſt *Ens* creatum formale, quod neq; Subſtantia, neq; Accidens, ſed neutrum per modum Lucis, Ignis, Magnalis, Formarum & conditum à Mundi Principio in locis ſuæ Monarchiæ, ut ſemina præparet, excitet & præcedat. *Tr. Cauſæ & Initia naturalium. pag. 36. n. 24.*

Fermenta in ſpecie ſunt dona & radices à Creatore Domino ſtabilitæ in ſeculorum conſummationem continua propagatione ſufficientes atq; durabiles; quæ ex Aqua propria ſibi ſemina excitent atque faciant. *Ib. n. 25.*

Eſtque *Fermentum originale* Rerum Initium, Vis indita Terræ, Aëri aut Aquæ vel locis, non autem rebus ſeminalibus conſtitutis. *Fermentum* autem, quod rebus conſtitutis cum ſeminum proprietatibus inoleſcit: ſe habet per modum efficientis ad ſemen rerum. Aſt *ſeminale Fermentum*

tum non eſt illud, quod alterum duorum originalium Principiorum: ſed productum ejusdem & effectus ſeminis individualis, ideoq; caducum & interiens. Ubi aliàs *Fermentum Principians* in Elemẽtorum ſinubus conditum, Immutabile & conſtans perſeverat, nec viciſſitudini aut morti obnoxium. Eſt ergò vis locis inſita á Creatore Domino ibidem locata, ad fines in ſucceſſione dierum ſibi ordinatos. *Ib. n. 29. 30.*

Cælorum influxus, ob generaliſſimam ſui deſtinationem, nullam in ſe habent poteſtatem ſeminalem; eo quod à generabilium ſorte nimis ſint diſtincti. Ideoque influentiæ leguntur in Signa, Tempora, Dies & Annos, &c. à Creatore nec alio deſtinatæ: non autem ad cauſas ſeminales rerum. *Ib. p. 38. c. 1. Init.*

Archeus faber, eſt cauſa efficiens, & omnis ejus, quod venit in Mundum

per Naturam, motus initium, Excitator & Director internus, generationis; singula enim utut dura & opaca, tamen ante sui istam soliditatem, claudunt in se *Auram*; quæ ante generationem semini hactenus fœcundo, internam futuram generationem adumbrat, & generatum ad finem usque scenæ comitatur. Quæ *Aura*, licet in aliquibus luculentior sit; In vegetabilibus tamẽ succi specie comprimitur, ut & in Metallis densissima homogeneitate inspissatur: Singulis tamen hoc donum obtigit, quod *Archeus* vocatur, Generationum & Seminum fœcunditatem continens, tãquam causa efficiens interna Vitæ & sensationis, primarium Organum. *Ib. n. 4.*

Ille inquam *Faber* generati imaginem habet, ad cujus initium, destinationes rerum agendarum componit. *Tr. Archeus p. 40. c. 1. n. 2. 3.*

Constat autem *Archeus*, ex connexione vitalis Auræ, velut Materiæ, cum imagine seminali, quæ est interior nucleus spiritualis, fœcunditatem seminis continens. *Ibid.* Est autem semen visibile hujus tantum siliqua. *Ib.*

Archeus generationis Faber & Rector, seipsum vestit statim corporali amictu: quia omnis actus corporeus in Corpus terminatur: Inanimantatis enim perambulat sui seminis latebras omnes & recessus, incipitque materiam transformare, juxta imaginis sui Entelechiam. *Ib. n. 6.*

Præses demum ille manet, Curator, Rectorque internus finium in obitum usque. *n. 7.*

In Visceribus Planetarii spiritus elucent maximè prout & in Universali Archeo influo, firmamenti vices viresque apparent. *Ib. n. 8.*

Primum autem *mobile*, in viris nusquam Membrum habuit, sed dun-

taxat ſub Archeo Uteri analoga meditatione occurrit; tanquam in poſtremo Creatorum complemento. *num. 9.*

Natura eſt *juſſus Dei, quo res eſt id, quod eſt, & agit,* quod agere juſſa eſt. In Rekem prope Trajectũ Moſæ Navis maritima ſub arenoſo colle reperta eſt Anno 1594. In tractu Peele Pini ſeriatim ſub Terra repertæ, quæ non niſi in montibus libenter proveniunt. In Hinglere prope Scaldini 12. pedes ſuper Horizontem humido prato, repertus dens Elephantis, cum tota maxilla. *or. de Terra, p. 56. c. 2. n. 16. ad fin.*

Aqua ne quidem per frigus perit, aut in aërem, ullis naturæ vel artis conatibus mutari poteſt. Et viciſſim *Aër* nullis ſeculis aut diſpoſitionibus in Aquam reduci poteſt. *Tr. Meteor. p. 67. n. 3.*

Auri in formam *Olei Punicei redactio.*

ctio. Contunde ☉ in laminas, dein in tenuissimas bracteas, inde vel in ☉ pictorum; mox in Marmore leviga. 1. Cum Cinnabari, ⊖ in alcoal impalpabile fingas: separa Cinnabarim per ignem, & aqua ⊖lem ablue, idque pro lubitu sæpius repete. 2. Tandem cum ✱ ♉ & ☿ per retortam pelle, idque septies repete, ut totũ ☉ in formam Olei punicei volatilis redigatur. *NB.* at mentitus ille liquor in pristinum Auri pondus & formam iterũ redigitur. *Ib. p. 68, n 6.*

Alcahest cuncta Naturæ corpora penetrando subtiliando transmutat. *Ib. p. 68. n. 7. c 2,*

Aqua etsi polleat tribus vulgatis initiis, vereq; constaret ⊖, 🜍 & ☿ commistis, attamen non patitur ullam eorundem separationem, propter exquisitissimam naturæ suæ simplicitatem, & stabilissimam constantiæ suæ perpetuitatem. *Ib.*

Aqua itaque eſt interno Metallorum ☿ ſimillima, qui cum omni prorſus Metallici 🜍 labe, jam eſt exutus, tam ſibi undiquaque indiſſolubili nexu cohæret, ut naturaliter omnem diviſionem reſpuat. *n.8.*

☿ ſolius ſemper Aquæ eſt filius. *Ib. p. 69. c. 2. n. 11.*

Quicquid in Compoſitum abire, & ex diverſis, in hoc aliquid converti oportet, neceſſe eſt fieri ſpirituum agentium opera, & eatenus ſe complectentium, quatenus materiam in novam generationem transmutando promovent. *Ib.*

Terra ſaltem eſt fructus Aquæ. Itaque nec unquam in natura generationes contingunt, quam per Aquæ imprægnationem. Adeoque quamdiu Aqua ſemine prima eſt, nunquam inde pervenit generatio. *p. 70. n. 15.*

In ☿ eſt quoddam 🜍 externum, originalem Metalli labem continens.

Quæ

Quæ quia originalis, ideò difficulter ab eo tollitur. Qua nihilominus tandem per artem separata, ajunt periti, Mercurium superfluo ♀ & humido superfluo mundatum, quippe deinceps nullo igni potest in formam terræ præcipitari, ob simplicitatem sui maximam, quæ Aquæ Elemẽto comparatur. Reperitur ☿ postquam est spoliatus isto ♀ nullo igne mutabilis, quia est ☿ de ☿.

Sulphur verò est *Mors* & *Vita*, *sive* vitæ habitaculum in rebus: In Sulphure sunt fermenta, fracedines, odores, sapores specifici seminum ad quasvis transmutationes.

Mercurius originali labe mundatus atque Virgo, non sinit se amplius ♀bus aut seminibus apprehendi, quin hæc confestim consumat, ac velut conficiat, excepto suo compari.

Sal verò & ☿ rerum, tanquam succi muliebres sequuntur ♀ conceptus, *p. 70, n. 14.*

Sulphur solum, per adjuncta, proxime dissolvitur atque igne mutatur: quam dein vicissitudinem, dein aliæ partes compositi tolerant, nonnisi propter ♀: ☿ ergò de ☿ in ☿ sospes manet, tam ignibus, quam liquori aëris. Aliaque si corrosiva, illum ☿ attingerent, forte multorum labor compensaretur, Quippe tota radix transmutationum est in ♀re. Alterum ergò ♀ Metallorum est internum ipsi Mercurio, ideoqué intactum ab omni Corrosivo non minus, quam à destructionibus Ignis & Aëris. Imo totalis rerum ruina sequeretur, si omne dissolvens in intimum dissolvendi radicem penetraret. *Ib. p. 70. c. 16. 17.*

Aquæ partes sedecim in unius locum compressæ erunt, ubi ex Aqua Aurum constituitur *p. 71. n. 18.*

Ros est verna nubes, nondum putida, decidens, antequam locum frigoris attingat.

Ne-

Nebula nubes est fœtida, nondum depurata, per fermenti putrefactionem. *ſp.72.c.1.n.23,24.*

Frigus est principium, non quidem vitale, sed extinctionis: quatenus 13, partes atomorum adhuc magis subtiliando subdividit. *Ib.n.25.*

Aer est locus, ubi omnia eo deducta consumuntur, & in pristinum Aquæ elementum retrocedunt. *n.26.*

Ignis rerum Mors seminibus caret, arbitrio Artificis subditus, seminalia cuncta absumit, illorum vero conflagrabiles materias in Gas traducit. *Ib.*

Gas est Aqua in Vaporem per frigus delata, alterius sortis quam vapor per calorem suscitatus.

Gas, vapore, fuligine & stillatis oleositatibus longe subtilius est, quanquam multoties Aere adhuc densius.

Materialiter verò ipsum *Gas* Aqua est, fermento cõcretorum adhuc larvata. *p.73.n.29.30.*

Aër in Genesi designatur per Cœlum. *Tr. Gas Aq. p. 74. c. 1. n. 3.*

Estq; constitutus separator aquarum, duraturus quamdiu ipsemet Mundus. *Ib. n. 4.*

Halitus continet simul Vaporem & Gas: Nec est Gas siccum & oleosum Corpus, quod exhalationem Veteres dixerunt; sed complectitur insuper Aqueum aliud propter Vapores, unde Meteoron Corpus, modus & progressus cognoscentur. *Ib. n. 6. 7.*

Ventorum motus sunt irregulares, eo quod sint Blas stellarum; non autem motus orbium. *Ib. p. 76. 19.*

Gas & *Blas* totam rempubl. Meteori in Colonias divisere. *p. 77. n. 23.*

Aër non minus quam Terra suos habet fundos, quos Adepti vocant *Peroledos*. Suntque *Cæli Valvæ & Cataractæ. Ibid. n. 24. 25.*

Peroledi Aëris sunt tanquam lagenæ stellarum, per quas suum Blas, trans

trans determinata ſaltem loca explicans, ad usque & alteritates temporum requiſitum; Maximeque quod ſuperior ac fere tranquillus Peroledus, cauſam contineat, quare ſint venti, fructus, rores, maximeque provincialia. Nam quia *Ventus* eſt aër fluens, adeoque inſtabilitatem in ſe habet, neceſſe eſt enim Peroledo tranquilliori cauſam ſtabilitatis localem invenire. Valvæ ergo ſunt in Paroledo clauſæ vel patentes, juxta Blas Stellarum cui parent. *Ib. p. 78. n. 29 30.*

Aqua ſeipſam glaciat, non autem glaciatur efficienter ab alio. Frigus enim etſi congelare hactenus putetur, id tantum eſt occaſionaliter, non effectivè. *n. 35.*

Blas continet motum localem & alternativum tempeſtatum. *Tr. Blas Meteoron. p. 81. n. 1.* à ſtellis potius motu per locum quam lumine ſuo excitatum. *Ib. n. 2.* Valvarum ergo

Cla-

Claviger esto Astrorum motus, qui simul Peroledos, sive strata aëris movet, *n. 3.*

Blas motivum stellarum, est virtus pulsiva, ratione itineris per loca, & secundum aspectus, quæ circumstantiæ in stellis, qualitates primas in hæc inferiora causant, non secus atque in hominibus Verecundia, Ira, Timor &c. frigus & Calorem excitant. Idq; stellæ habent ex dono creationis. *Ibid.*

Ventus est effluens aër, motus per Blas stellarum (cacodæmoni non raro datum, ut etiam sine Blas Ventus vel Blas Tempestuosum augeat.) *n. 4.*

Blas ergo *Motivum* concitat Ventos, tempestates, exundationes, per diversos aëris Peroledos, nunc in altum, nunc deorsum, transversum, in longum, lateraliter, in omnes Terræ oras transcurrendo: quanquam elementa

menta non habent opus motu: Humana tamen necessitas illud postulat. *n. 4.*

Blas ut Musculum in Stellis, est motus initium generale: non minus Terram, quam Aërem atque Aquam spectare videtur. *n. 5.*

Blas & in Aquis æstum, silente vento, cit; *Blas* autem alternativum in productione caloris vel frigoris consistit; idque præcipuè cum ventorum mutationibus. *n. 6.*

Calor vitæ est proprietas Solaris. Frigus verò est Luna. Stellæ etiam reliquæ suá his duobus luminibus dedere Nomina. Quoties ergò Stellæ de natura Lunæ feruntur per loca Solaria, tepor fit in Aëre, sin autem Solares, subter eadem loca decurrant, fit Æstus, ad quas Aëris qualitates *Gas* aëris quoque diversimode operatur. *Ib. n. 10.*

Aër

Aër creatus eſt, ut ſit receptaculum exhalatus; quare etiam vacuum in poris habeat, neceſſe eſt, recipit tamen exhalatus illos per taxam & juſtam ſui proportionem. *Ib. n. 14.*

Aëris poroſitates, utcunque ſint actualiter omni materia expertes, ſunt nihilominus in ſe Ens creatum, i.e. aliquid reale, non figmentum, nec ſolum locum nudum: ſed quod eſt inter materiam & ſpiritum incorporeum, planè medium atq; neutrum.

Magnale eſt, quod cum in creatis ſui ſimile non habeat, ideò per ſibi ſimile manifeſtari recuſat.

Magnale quidem non eſt Lux, ſed forma quædam aſſiſtens aëri, ejusque velut ſocia, ipſique certo connubio velut conjugalis: Aſſiſtens inquam, non conjuncta Eſſentiæ ejus. Ideoq; in poris aſſidens. *n 19. 20. 21.*

Meteoron conſtat materia à *Gas* & efficiente *Blas* tam motivo quam alterante.

Iris

Iris est anomalon, Mysterium suo origine divinum.

Parelia verò, quà Meridie duo Soles vel tres apparent, eo quoque refertur. *Meteor. Anomal n. 1.*

Iris cum tres colores, splendoresq; placidos, trium sulphurum in mineralibus concrematis elucescentes, exhibeat; non amplius aquam, sed ignem præsagit: Et testimonium dant colores, quod terra mineralium matrix tandem sulphurorum suorum ustulationes liquefactione, iram Dei sit luitura. *p. 88. n. 6.*

Iris suos colores immediatè habet in loco, in aëre autem mediante loco. Suntque de natura Luminis in modo existendi. Flante vento, colores, qui medio insunt immediatè, simul cum medio ambulant, atque dissipantur, juxta ac medium in quo sunt. Colores verò sive Lumina, quæ insunt immediatè loco, non mutantur,

tur, etsi aër vel medium in quo apparent, mutet locum, & fluat. Sic nec flante vento Iris perit ambulatve. *Ib. n.9.10.11.*

Visus objectum immediatè in loco. *Auditus* verò objectum immediatè in corpore medii, i.e. in aëre locato; inde durationem & motum præsupponit. *n.12.*

In *Iride* concurrunt Sol & Locus velut causæ secundæ: est tamen altera independens causa totalis, miraculosa & immediata, quæ Iridem direxit ad Gloriam bonitatis Divinæ & icti fœderis. *n.16.*

Tonitru Potẽtiæ Dei admirationem causat. Subitaneum enim Blas & portentosum in aëre cõncitatur. Cœlum subinde serenũ, mox etiam citra ventum nube atra repente cõspurcatur; sæpius enim Cœlo sereno, citra nubeculam ullam tonat. Adeoque tonitru nubem non exigit: sin autem repente

pente concitet, fit, quatenus fragor Peroledos concutit, siditq; Gas deorsum in spissam nubem, frigore loci contractum. *p.90 n.12.*

Tonitru cum causam habeat non planè naturalem in nubibus Meteori, credo prorsus causam omnem habere, non supra, sed præter naturam, adeoque esse effectum portentosum. *n. 19.*

Fragor ergo sive vox Tonitrui, est Blas spirituale Cacodæmonis, ingentis roboris effectus. Non est autem Tonitru miraculo conjunctum: sed portentum in natura continet: Adeò etsi ignis fulminis sit naturalis: modus tamen & medium sunt potentiæ diabolicæ. *n.20.*

Tonitru ergo & *Fulgur* etsi concurrentes causas naturales habent; illorum tamen motor, spiritus est incorporeus. *Ib.*

Anno 1554. in tractu Leodicensi turris

turris Curingiæ per Tonitru ablata nunquam apparuit: tandem post quindenam in herboso Cœmiterii gramine fossa aperitur, qua sutor sepeliretur, & ecce sub cespite immoto ac viridi primum æneus Gallus cum † ferrea apparet, dein turris pinnaculum, ac tandem tota turris effoditur. *Ib. p. 91. c. 1. n. 21.*

Terra tremit ac pavet, quoties Angelus Domini illam ferit. Ecce terræ motus magnus factus est: Angelus enim Domini descendit de Cœlo, *Matth. 18.* Vox (enim) apud Hebræos causam continet, tanquam (quia) diceret. *Ib. p. 100. c. 2. n. 30.*

Spiritus abstracti agunt virtute divina, nihil iis resistere potest. Etiam Cacodæmones, quoties datum est agere potestate libera, agunt sine Corporis resistentia, vel reactione renitentiæ. Materia enim est alterius Monarchiæ cliens, non potest reagere in

re in ſpiritum, quem nullo modo tangit, nulloque objecto affectat. *Ib.*

Fulmen quidem cremat & liquefacit; & ſane non icit, juxta illud: *Vox Tonitrui* verberabit terram quia icit. Moriuntur nempe Bombyces, Lac coagulatur, Cerevisia aceſcit, Bos mactatus pendens, carnes flaccidas retinet, ſali ineptas; idque ſolo tono tonitrui, innocuo ibi fulmine.

Vox verò *Tonitrui* & vox *Tremoris Terræ* miniſtrorum ſpirituum toni ſunto. *p. 102. n. 30.* Percutitur tremitque Terra mandato Dei, denotantis à terra aſcendiſſe peccatum in Cœlum, vindictam clamans, ante thronum ſuum. Percuſſio nimirum indignationem, & indignatio præſupponit peccati accumulatam menſuram. Finis veró Terræ tremoris eſt; ut Peccator ſe emendet, & Juſtus ſibi caveat, tàm à peccando, quam à peccati pœna comminata. Terræ

autem

turris Curingiæ per Tonitru ablata nunquam apparuit : tandem post quindenam in herboso Cœmiterii gramine fossa aperitur, qua sutor sepeliretur,& ecce sub cespite immoto ac viridi primum æneus Gallus cum † ferrea apparet, dein turris pinnaculum, ac tandem tota turris effoditur. *Ib.p.91.c.1.n.21.*

Terra tremit ac pavet,quoties Angelus Domini illam ferit. Ecce terræ motus magnus factus est: Angelus enim Domini descendit de Cœlo, *Matth.18.* Vox (enim) apudHebræos causam continet, tanquam (quia) diceret. *Ib.p.100.c.2.n.30.*

Spiritus abstracti agunt virtute divina, nihil iis resistere potest. Etiam Cacodæmones, quoties datum est agere potestate libera, agunt sine Corporis resistentia, vel reactione renitentiæ. Materia enim est alterius Monarchiæ cliens, non potest reagere in

re in ſpiritum, quem nullo modo tangit, nulloque objecto affectat. *Ib.*

Fulmen quidem cremat & liquefacit; & ſane non icit, juxta illud: *Vox Tonitrui* verberabit terram quia icit. Moriuntur nempe Bombyces, Lac coagulatur, Cerevisia aceſcit, Bos mactatus pendens, carnes flaccidas retinet, ſali ineptas; idque ſolo tono tonitrui, innocuo ibi fulmine.

Vox verò *Tonitrui* & vox *Tremoris Terræ* miniſtrorum ſpirituum toni ſunto. *p. 102. n. 30.* Percutitur tremitque Terra mandato Dei, denotantis à terra aſcendiſſe peccatum in Cœlum, vindictam clamans, ante thronum ſuum. Percuſſio nimirum indignationem, & indignatio præſupponit peccati accumulatam menſuram. Finis veró Terræ tremoris eſt; ut Peccator ſe emendet, & Juſtus ſibi caveat, tàm à peccando, quam à peccati pœna comminata. Terræ autem

autem tremor ſemper ſupplicia comminatur. *Ib.p.102.c.1.n.33.*

Delicta ſingula conformes ſibi habent caſtigationes. Luxuria nempe & immundities, piacula præbent & pœnas. peſtes, morboſque. *Adulteria* verò per morbos, carcerem, infamiam, paupertates, prolium ſterilitates, præcocem mortem, vel ſimilia ſuas luunt pœnas. Juxta hoc, qui ſeminat in carne, in corruptione metet. *Superbia vitæ* punitur, per paupertates, ſterilitates, bella, devaſtationes, mortem ſubitaneam, calamitoſam amicorum privationem. *Avaritia* ſua luit ſupplicia, per fraudes, furta, impoſturas, membri alicujus incommoda. *Peccata* verò 2. vel 3. in populo luxuriantia, quoque commiſcent ſupplicia. Inclementias nempe, Tyrannides, voti & jurisjurandi fractiones, impoſturas, extorſiones, Peſtes, ſterilitates, bella, &c.

At si Peccata connectantur in *Potestatibus* sive *Principibus* & Judicibus tam Ecclesiæ quam Secularibus, propter eorum injustitiam, Regna transferentur de gente in gentem. Quæ si contingunt ortu Hæresiarcharum, scandalis & Altarium subversionibus, & præcipuè ubi compatiũtur una Pauperes: Indicat, mala hæc provenire ex sordibus inclementiis, ambitione, avaritia, voti infractionibus crapulisque.

Si bella non tangant Religionem, notantur tantum peccata *Principum* & Judicum.

Terra verò percussa tremit, præcipuè propter *Peccata sanguinum*, quæ Cœlum vindex clamant. Ergò post Terræ Tremorem expectanda sunt supplicia, quæ *Immanitati*, Crudelitati atque Injustitiæ debentur ex condigno. Dum autem *Terræ Tremor* plateatim velut discurrit, significatur

Urbis contra Urbem tumultus, & pagos desertos fore. *Ibid.pag.102. c.2. n.34.*

Elementa primitiva tantum 2. *Aër* & *Aqua*, eo quod non in invicem recedant:

Terra autem velut aqua orta, eo quod in aquam reducatur. Sin autem Aqua in Terreum corpus mutatur, id vi seminis accidit, adeoq; Elementi simplicitatem exuit. Ex aqua enim silex, qui in Arenam diffringitur. *Complex. atque mist. Element. fig.104.*

Ignis non est Elementum nec accidens, sed mors in manu Artificis ad grandes usus data. *Ib. n.2.*

Corpora quæ creduntur mista, materialiter solius Aquæ fructus sunt: Corpora nimirum sive opaca sive diaphana; solida sive fluxilia, homogenea sive dissimilia, ut Lapides, Sulphura, Metalla, Mel, Cera, Olea, Os,

Cere-

Cerebrum, Cartilago, Lignum, Cortex, Frondes, tantum cuncta atque singula, in Aquam omninò insipidam totaliter reducuntur. *n. 3.*

Aqua vitæ optimè dephlegmata, quæ tota sui homogeneitate ardet oleosa; per *Tartari salem* sibi cognatum pro 16. parte statim in salem mutatur, & totum reliquum fit aqua simplex Elementalis. *Ib. p. 105. n. 9.*

Sal volatile simplicium, operatione ignis fixatur, per colliquationem in Alcali fixum: Non secus atque Sal Petræ & Arsenicum, ambo volatilia, per colliquationem fixantur. *Ib. n. 10.*

Oleum omne materialiter aqua simplex est; quam seminis pauculum transfert in massam conflagrabilem, luditque sulphuris larvam. *Ib. n. 12.*

Gas est spiritus sylvester, eructatus, non coagulabilis, qui nec vasis cogi, nec in corpus redigi potest, nisi extincto prius semine. *Ib. n. 14.*

Gas Uvarum & Musti est in via ad vinum, non autem spiritus vini: Differt namque succus Uvarum à vino, non aliàs, quam puls ex aqua & farina à Cerevisia. *18.*

Omnis Transmutatio formalis, præsupponit fermentum corruptivum. *Ibid.*

Plumbum cum ☿ & ♀ tostum, subitam in flammam abit, relicta fœcula, nullius fere ponderis, ad plumbi tamen extensionem dilatatam. *Ib. p. 107. n. 23.*

Aquam novi cujus medio omnia vegetabilia in succum distillabilem, sine ulla sui in fundo vitri fœcum residentia commutantur: qui succus distillatus, adjunctis alcalibus, totus in Aquam elementalem insipidam reducitur. *p. 108. n. 27. c. 2.*

Gas omne è corporibus mistis prodiens est materialiter ex Elemento Aquæ; Quia omne corpus mistum redit

dit tandem in meram aquam pluviam. *28.*

Carbo resolvitur in duos liquores diaphanos, fundo & colore varios, quibus simul per arenam distillatis, secundo caloris gradu, vitri fundus tam purus apparuit, ac si recens è vitrario clibano allatus. Mox duo liquores per Balneum ascendunt, ambo æquiponderantes massæ carbonis. Liquor vero dissolvens manet in fundo, paris ponderis sibi & viriũ, *Ib. n. 29.*

Pinguedo omnis cum Sale Alcali fit sapo, qui dein destillatus, penè totus in aquam remeat: quæ ubi per adjuncta semine saponis spoliatur, fit aqua insipida. *Ib. n. 32.*

Fuligo omnis, partim est sal volatile concreti, præservatum ab inflammatione propter Aquævolantis commistionem; partim est oleum, quod evolandi celeritate combustionem præterfugit.

Sulphura ſive Pinguedines etſi pluries deſtillentur, quovis ignis gradu: attamen ſemper pinguia manent, & naturam ſui usque retinent, quamdiu illius concreti ſemine patiuntur. Quæ ubi flamma ſive mors Artificialis attigerit, mox in Gas, non autem in Aquam transvolant: quia Gas omne adhuc aliquam ſibi concreti conditionem retinet. *Ib. n. 34.*

Ignis deſtruit ſimpliciter, nil autem generat: quippe cum ſeminis poteſtate careat; Quæque non poteſt deſtruere, illa vel ſaltem ſeparat, vel intacta relinquit: & hactenus fixa vocantur.

Gas ſalium; *Gas fructuum* nil niſi Aqua inſipida. *n. 37. 38.*

Gas ergo, vaſis incoërcibile, foras in aëra prorumpit, donec ſat rarificatum, locique frigore, & proprietatibus concreti ſpoliatum in primam ſui tranſeat materiam, atque in aëre, aqua-

aquarum ſeparatore, priſtinam Elementi aquæ, ac plenam indolem recuperet. *Ibid. 110.*

Spiritus Vitæ noſtræ arterialis, eſt de Natura Gas, quod in Palpitatione, Syncope ac Lypothymia cernitur. *n. 41.*

Archeus in ſe eſt Gas de Natura Salis balſamici, ſi auram alterius ſalis obviam repererit (prout ſal Armeniacus & Salis Petræ ſpiritus dum ſe obviant) facile per poros, atque confeſtim difflabilis, munium agendorum & familiæ oblitus. *p. 110. n. 41.*

Quid ſub *deliquiis* & *Morte* ſudoris exhalat, id cruoris eſt liquamen, non ſanguinis arterialis. *n. 42.*

Gas ergo *vitale*, quia Lumen eſt atque balſamus, præſervans à corruptione, à primordiali genituræ adumbratione, incepit Solari Lumini adæquari: Poſt deliquia verò, cæterorum membrorum ſpiritus velut

fumigantes, rurſus à Solari Lumine accenduntur. Quandoquidem ſpiritus Vitæ noſtræ, cum Gas ſit, potentiſſime atque celerrime, à quovis alio Gas, afficitur, propter illorum contactus immediatos. *n.43.*

Citra *Fermentum* nulla fit in rebus viciſſitudo aut transmutatio. *Imago Ferment.p.111,c.2.n.1.*

Cereviſiarum meraciſſima (quæ ſumen, liquamen, aut conſumatum jus granorum, merito eſt) tantũdem granorũ expoſcit, quanta eſt Vaſis capacitas, vel Cadi amplitudo : Ita ſane ut dempto furfure, tota farina liqueſcat in cereviſiam, & aqua locum furfuris tantum occupet. Cereviſia iſta per adhibitum fermẽti tantillum, ebullit fermentando in cellariis, ſenſim clareſcit, deciditque fex ad fundum: demum non nihil fermentaliter aceſcit, quo acore conſumit omnem ſuam fœcem. Dein acrem ſive pun-

pungentem aciditatem perdit indies. Tandem gustu, viribus & corpore farinæ orbatur. Ac postremo sponte in aquam redit. *Ibid. n. 2.*

Sanguis sua fermenta acquirit, in ipsis corporis nostri coquinis, fitque inde adeò volatilis, ut nil porrò de se residui relinquat. *pag. 112. n. 5.*

Fermenta in natura duplicia sunt; Unum continet in se auram fluxibilem, Archeum seminalem, qui suo fluxu in animam viventem aspirat. Alterum verò saltem continet initium motus, sive generationis rei in rem. Quod quidem, licet sui initio non haberet auram seminalem, quæ scopos rerum agendarum complectatur; mox tamen vapore potitur, quem fermentatum localia, quam quæ ipsamet materiæ dispositio externis fomentis acquirit, suscitant. *n. 8.* Si indusium sordidum, intra os Vasis, in quo sit triticum, compri-

matur: Intra paucos dies (puto 21) fermētum indusio haustum, & odore Granorum mutatum, ipsum triticum sua pelle incrustatum, in mures trās-mutat: Eoque magis admirandum, quod ejusmodi insectæ sexuum signaturis distinctæ, prolificent cum iis, quæ parentum è semine nata sunt. Ut & hinc amborum seminum paritas, & fermentorum vitale par robur, conspicuum evadat. Quodque mirabilius est, è frumento & indusio mures, non quidem parvuli aut lactantes, nec minutuli aut abortivi, sed prorsus formati exsiliunt. *Ibid. p. 113. n. 9.*

Pulex semper, non nisi exterius, desumpto fermento, generatur. *Ibid.*

In prioribus & *vitalibus seminibus*, generans inspirat Archeum, cum sui similitudine, & auram vitalem una cum seminis massa.

In posterioribus verò insufflatur tan-

tantum fermenti odor, à vasis continentibus, aut ambientis contagio. Quæ, ubi ritè coaptata fuerint, mox in plantam vel Insectam formantur, excitatâ nimium aurâ, ab odore & fermento fracedinis, quæ dein in Archeum Rectorem exaltatur. *Ibid. p. 113. c. 2. n. 11.*

Semina fiunt à conceptu generantis, facientis imaginem sui, per libidinem: Vel ab odore fermenti, quod materiam disponit ad ideam rei possibilis. Etenim prout materia ab odore haurit transmutationis dispositionem: sic ab imagine deinceps fit materiæ dispositio, quæ fermentum specificum procuret atq; promoveat. In hoc autem *Fermentum à semine distat*; quod illud sit odor vel qualitas alicujus fracedinis distributiva ad alteritatem & corruptionem massæ. Semen autem sit substantia, in quâ jam Archeus inest, qui est Gas spiri-

tuale, continens in se fermentum, imaginem rei, atque insuper notitiam dispositivam rerum agendarum. *Ibid n. 12.*

Odore itaque quæcunq; situm aut fracedinem contrahunt, etiam vermes mox concipiunt. Ideo & Balsama putrescere aut vermescere nesciunt. *n. 13.*

Odor Basiliconis semini inclusus, herbam illam producit, cum aura illi inexistēte, qui si per fracedinem immutetur, scorpiones veros producit: Herba scil. contunditur, atque inter lateres depressa, soli ad aliquot dies exponitur. *n. 14.*

Odoribus plurimum sanatio perficitur: ut & impressa pelli contagia, odoribus subinde recedunt, quia odor, symbolum fermenti, & hinc seminariam transmutationis causam continet, concludo, rerum vices ac robur masculum ex odoribus esse.

Odo-

Odore tenus solo etiam interna Pharmaca, tam solutiva, quam correctiva, agunt. Hinc Pharmaci odore semel exuto, ejusdem vires exeunt & pereunt. *n*, *16. 17.*

Quartana, *Uteri exundationes*, *Melancholia*, *dolores Colici*, *&c.* sæpius unguentis solis separantur; non autem unguentum ipsum, sed ejus saltem odores, intro serpunt & agunt. *Ib.*

Epilepticus odore cadit, ejusq; cerebrum solis paret odoribus. *Ibid.*

Semina omnium animalium specificos suos habent odores, quibus Archei ad materiam fiunt adaptationes, faciliores que ad transmutandum obedientiæ. Unde tandem fiunt impressionum in quævis viscera & organa, fortitudines, in robore atque vita diversitates. *n*, *18*.

Odore & *Lumine* delectantur spiritus: eo quod lux & odor illos immediatè attingant & penetrent. *n*, *19*.

Odores & *Spiritus abstractos* attingunt, ut pestilens odor naribus non perceptus, Archeum horrore quatit. *n. 20.*

Odores sunt, qui Capitis dolores, nauseas, vomitum, tusses, singultum, Vertiginem, Epilepsiam, Apoplexiam, Dyssenteriam movent, atque sui contagio inurunt. Suntque alii, qui consimili modo eadem sanant aut saltem mitigant, si radicem fixiorem habent. Suntq; odores suffocantes, sive perceptibili materiæ adstrictione; sunt & convulsivi: suntque qui saltem infatuant, ut in Uteri affectibus persæpè occurrit. *Ibid.*

Dolores implacabiles statim odore oppositi externi placantur. *n. 22.*

Quoties corpus dividitur in subtiliores Atomos, quam suæ substantiæ ferat exigentia, *NB.* continuo etiam sequitur corporis illius trãsmutatio: excepto Elemento. *Ib. n. 23.*

Fer-

Fermentum stomachi non est Fermentum, ut acidum: sed acidum stomachi est proprium specificum ejus medium: verum etiam in una specie multam subit Latitudinem. *n. 24.*

Latitudo ergo fermenti acidi, in stomacho, etsi specifici, provenit; eo quod fabricantis & recipientis, variæ sint alterationes in agendo. *n. 25.*

Fermentum acidum ab acetosis in hoc differt; quod illud, quæ penetrat, eadem opera etiam volatilizet: Omnis autem spiritus acetosus, dissolvendo coagulatur ipsemet. *n. 26.*

Aciditatis compescendæ ergò, plura animalia, cretam, calcem, lateres vel argillam edere coguntur. *Ibid. p. 116. c. 1.*

Ructus proveniunt, cum subtiliores & volatiles ciborum atomi, per fermentum stomachi in Gas ventosum mutantur; ubi pars reliqua, in succum resolvi, contenta est. *n. 27.*

Fer-

Fermento & ex sola Aqua cuncta constituuntur corpora quæ creduntur mista. *n. 29.*

Linea Æquinoctialis fermentum suum habet locale, quo consumpto cessat. *n. 30.*

Paludes ex fundo fracescunt; hinc Ranæ, Conchylia, Limaces, Hyrudines, Herbæ, &c. *n. 31.*

Leffas est succus Terræ fracidæ; Vigore cujus, fracidi fermenti potestas terræ collata est, germinandi herbas. Succus enim ille terræ fracidus, pusilli caloris stimulo, ascendit in fumum, fungosus fit ac pelle circumdata, pro fermentorum ibi latentium requisito. Vices itaque fermenti ac vires seminis, fracedo ista habet, sensim in Archeos, per virtutes seminales, in vitam quandam properans. Pallescit initio fumus Leffas, jam coactus, dein subflavescit, mox viridescit subcandide. Atque tandem saturate

rate viret. Explicatoque ſpeciei poteſtate, varios colores & ſignata aſſumit. *Ib.*

Odores rancidi fracedinum ſunt, quot rerum ſapores proprii: Eo quod odores ſaporum nedum ſunt nuncii, ſed & Parentes promiſcui. *Ib.*

Fermenta igne potentius, ſubinde operantur. *pag. 117. n. 33.*

Nimbi tonitrui fracedine decuſſi, fertiles.

Pluvia vero rore vel concepto exhalatu turgidæ.

Ros enim dulci ſaccharo dives eſt.

In *Nive* vermes naſci boreales tradunt.

Aſtra neceſſitant non inclinant, *p. 118.* demonſtraturque in ſpecie, *num. 5.*

Contingentia, depicta credere, tutius eſt Aſtris, non quidem omnia, ſed forte unius ſeculi. Itemq; Tragœdiam cujusq; hominis in ſuo Aſtro depictam:

pictam: Cujus pictura cesset, cum vitæ suæ Epilogo. *Ib. p. 120. n. 11.*

Stellarum picturas, quibus Firmamentum dicitur prænunciare opera manuum Domini, legit hostis infernalis. *p. 119. n. 9. & 120. n. 11. in fin.*

Qu. Quorsum faciant prænuncia Cœli, quæ nemo mortalium novit, quæq; à Dæmone sciri nefas.

Resp. 1. In primis sat esset, quod prænuncia Futurorum enarrent Gloriam DEI primario, & infinitudinem Sapientiæ & Præscientiæ suæ, ut nempe non maneat, non significata.

2. Non fecit Dominus Verbum, quod non significat servis suis Prophetis.

3. Si mortalium numerus vix sit centesimus Angelorũ Eudemonum: sufficit, quod hi saltem prænuncia futurorum legant, & proinde de novo laudent DOMINUM. *Ibid. c. 1. n. 12.* Sive oriantur & sæviant Pestes, Tyrannides,

nides, Bella, Devastationes, Tumultus, aut Hæresiarcharum Exordia, permittente Domino; saltem erunt ista tam connexa suis causis secundariis & secundis, licet arbitralibus & occasionalibus, quam sunt alioqui Meteora suis. Neque enim munus prænunciandi Opera Manuum Domini, ad solas aëris mutationes coarctandum est; Verum absolutè, ad omnia Opera Manuũ Domini. *n. 12. c. 2.*

Stellæ non agunt, nisi per Blas motivum & alterativum. *n. 14.*

Morbidi Analogon motum Lunæ sentiunt, & hactenus venturas prædicunt tempestates.

Quippe ipsis Rerum seminibus insunt connata & cognata Cœli Lumina: qui sese ad proximorum Luminarium motum, adeoque ad universalissimum Blas componunt. *n. 16. 17.*

Et hi concentrati effectus non forinsecus in nos incidunt: sed cœlum intus

intus gerimus, in initiis vitalibus, illoque pentaculo, animantata lignavit omnipotens. *n. 17.*

Cœlestes collocutionum familiaritates nobis peccatum ademit; In morbidis tantum suæ pristinæ prænuntiationis stigmata reliquit. Quo sciamus, nobis, non nisi ex miseria naturæ corrupta relicta futurorum stigmata, quæ aliàs in sui puritate, veros Cœli Augures fecisset, non minus quam Adam cognovit animalium naturas. *p. 121. c. 2. n. 19.*

Quanquam Astra prænunciant effectus è causis liberis & contingentibus dependentes; nolim tamen intelligi, Astris tributum munus, Futurorum introducendæ causalitatis. Sufficit enim quæ Præconis officium in hoc agant tanquam Media dependentia à Præscientia Divina. Sicut enim præscientia divina, non tollit ab homine arbitrandi libertatem,

ejusq;

ejusque nodus cum præſcientia non tollit eventuum infallibilitatem: Inevitabilem nihilomin⁹ minimè continet, multo minus Firmamenti prænuntiatio, ullam inducit contingentiæ neceſſitatem ex parte arbitrii: quanquam eo omnino cadat ex parte eventuum, copulatorum ſuis cauſis liberis. *Ib.n.20.* Contingit, quod aliquando Aſtra ſolas minas prænunciaverint, quo avii mortales terrore ſupplicii in viam redeant (tanquam Ninivitæ.) Quo caſu, quantumvis Aſtra multum de ſua certitudine & robore amittant, propter præſcientiam futuræ pœnitentiæ: non tamen neceſſitatis certitudinem deſerunt, quoties ſigna eventuum prænuncia exhibent. *Ib.*

In Cœlis tanquam Tabulis, deſcripti ſunt typi Rerum per ſecula ſucceſſivarum, (quos typos leges Fati nominant) idq; non quidem per Alphabetum

phabetum Hebræum, ut Rabinorum quidam somniant, sed quod Provinciis, Regnis & Hominibus suæ sint stellæ, quibus depicta sit scena, suo subjecto rerum contingentium, in revolutionibus dierum unicuique istorum statutarum. Proinde nec mirum, si Cacodæmones noverint horum multa prædicere: Eoque minus, si singulis nostrum, sui sint deputati custodes cacodæmones. *Ib. n. 21.*

Sunt & hodie aliqui velut Amentes & Ebrii prædicentes futura, nescientes quid, cui, quomodo aut quare ominentur. *n. 23.*

Astra tametsi non necessitent futura ut causæ, necessitant tamen ut signa, quatenus Velle Domini signãt, *p. 123. n. 130.*

Inclinatio fortis, nativa, continua sollicitãs, repetita necessitatem, quasi importat super Arbitrium liberum.

Astra

Astra sive sint tantum in signa prænuncia, sive demum in causas temporum, dierum & annorum, cum in utrumque finem sint media, quibus Deus utitur, ut causis secundis; debent habere relationem necessitatis: propter potentiam, certitudinem & independentiam ejus, cujus sunt media. *n. 28.*

Inclinationibus malis resistere, non est sapientiæ, sed gratiæ. *n. 33.*

Omnis enim prava inclinatio, non foris aliunde nobis evenit; sed intus à peccato inolevit; à corde homicidia, adulteria, cogitationes pravæ, non sanè ab Astris. *p. 124. c. 1, 33.*

Inclinatio aut est *Vocationis*, quâ naturaliter propendet quis in Professiones, Religiones, Artes, Scientias, Mercaturam vel Negotia exercenda.

2. Aut *Moralis* sive *Ethica*, quæ concernit virtutes, vitia.

3. Alia

3. Alia *Vitalis* ſpectat ſanitatem morbos, vitam longam vel brevem.

4. Tandem eſt *Fortunarum*. *Ib. n. 36.*

De 1. credimus Deum im̃ediate creare mentem humanam, eamque dirigere ad certam ſui vocationem, in qua ſibi placere poſſit maxime; quorſum illi porrigit condigna Talenta. Itaque datur Animæ ab ipſo Creatore, à quo omne bonum donum deſurſum venit. Ideò omnes vocationes inclinationes eo ipſo ſunt bonæ. *n. 37.*

2. *Moralis*, ut eſt merè belluina; ita dependet ex Ente ſeminis. *n. 38.*

Prima enim noſtri conſtituentia à prævaricatione fuere inquinata æqualiter: inæqualiter veró diſtributa, atque participata ex bonitate ſeminis, matris conceptu, educatione, &c. vel contra. Ideoque omnes inclinationes ſeminales creſcunt, augentur, vel decreſcunt, juxta proprietates

flu-

fluxuum ſeminis ad Augem & Declinationem, *n.38.39.*

3. *Vitalis* ex debilitate vel robore ſeminum eſt,totaque ſubeſt directori Archeo in Natura. Et pro hac facit proverbium: Fortes creantur fortibus & bonis. *n.40.*

4. *Fortunarum.* Ipſo etymo exceſſit catalogum inclinationum. Omnes enim omnium fortunæ, tam proſperæ, quam adverſæ, diſpoſitionem divinam concernunt: non autem inclinationem; minus verò ab Aſtris dependent, licet in Firmamento ſint præſignatæ. Siquidem hæc præſignatio demonſtrat illos immediatè dependere à voluntate ſignantis: Sortes enim noſtræ in manibus tuis Domine.

Credo itaque omnes omnium ſortes bonas eſſe in ſe; & plenarie eſſe in manu Domini. *n.41.42.*

Anima ſenſitiva, Mentis vicaria,

majore ſane libertate gaudet, quam animæ brutorum, propter ſigilla à mente ſibi ſuggeſta.

Verum animæ brutales, ſuæ ſpeciei inclinationibus ſub pauca latitudine contentæ vivunt: *Humana* verò ſenſitiva ad omnes exſpatiatur. *n. 44.*

Ita ſenſitiva humana non ad ſpeciem brutalem alligata, per omnem brutalium inclinationum latitudinem vagatur, ac facile auſcultat alienis inclinationibus, mentis immortalis, proprio lubitu ſibi inductis. *Ib.*

Aſtra nullam cauſandi poteſtatem in nos ſunt ſortita, præterquam per Blas Meteoran. *n. 45.*

Sapiens non dominabitur effectibus, qui ſunt copulati ad Aſtrorum revolutiones, tanquam cauſas; neq; dominabitur Aſtris tanquam ſignis, ut videlicet illa mutare queat, pro ſuo lubitu: ſed tantum prævidens, quod ſeptem errones, Blas motivum

vel

vel alterativum concitaturi, unde Sterilitates, Frigora, Calores, Annonæ caritates, vel similia necessario consequuntur, poterit sibi de necessariis providere, adeoque Astrorum fluxu natis commoditatibus obviando, & à posteriori quodam modo dominari. *n. 48.*

Forma sicut est Rei quoddam velut Lumen & istius Luminis apex: Ita nemo formas rerum patrat, nisi Pater Luminum, qui omnia dat omnibus, nec longè abest ab unoquoque creato. *De ortu Formarum, pag. 130. c. 1. n. 2.*

Deus est & hodie rerum immediatum principium, ubique præsens, operans omnem omnium perfectionem: Ideoque quicquid est uspiam essentialiter; id totum, quantum est, potest, scit atque habet, Deo debet. *Ibid.*

Etenim Creatio respicit & dicit

habitudinem ad rem existentem, in perfectione. Rei autem perfectio est sua cujusq; interna essentialis forma. Ergo ejus immediata origo, non aliunde, quàm ex creatione esse potest: Atque ideò immediate ex unico rerum Creatore ineffabili. *Ib. n. 3.*

Forma quælibet est interna Rei perfectio, essentia, substantia ac origo accidentium sui concreti. *p. 131. n 11.*

Quod omne agẽs, quod disponit ad formam, etiam det ipsam formam: Falsum & Atheismum cõtinet. *132. 12.*

Quoniam, si substantia prædicamento differat ab accidentibus: Principia illorũ non minus differe debent Principium nempe activum, motivũ, dispositivum & Essentiale generationum, est ipsa causa efficiens, & Archeus faber. Deus itaque gloriosus, tandem creat formas substantiarum. Quorum ergo principia sunt genere & prædicamento diversa, illorum ef-

fectus

fectus æque distant: prout causæ eædem similes, sunt similes similibus causatis. *Ib. n. 12.*

Non datur esse, sine proprietatibus Essentialibus, ut nec agens sine organo & medio. *Ib.*

Quia cum causa efficiens sit interna & de Essentia causati: Ideo unum & idem non potest constitui à causis propinquis, specie diversis: Multoq; minus toto prædicamento diversis. Hinc calor producit calorem, non ignem: longe minus formam pulli.

Cœlum vel Astra, nullo intellectus modo, per motum, lumen, influentiam, concurrentiam, cooperationem aut copulationem, producunt efficienter & immediatè formas rerum. *p. 132. c. 2. n. 14.*

Accidentia nec per se, neque ut sunt formarum organa, producunt substantiarum formas, neque unius substãtiæ forma producit aliam. *n. 16.*

cum generantis forma sit extra semen localiter. *Ib.*

2. *Terra* licet potestatem germinandi & fœcundandi semina receperit, extra Cœli seminis, aut alterius causæ interventum: non tamen est productiva sive effectiva Formarum.

3. *Deus* itaque est vera, perfecta, & actualiter omnis omnium Essentia.

4. *Esse* autem quod res habent, est Entis, sive ipsius Creaturæ: Non autem *Deus*.

5. Licet non pro pignore, dono feudi, vel Talento, Ens habeat suum Esse, à Deo, dependenter: Est tamen illis ex creatione proprium.

6. Convenit autem Enti cum suo Esse ut aliquid agat, & operetur in sui propagationem. Hinc causæ secundæ.

7. *Deus* ergo ad generationem Entis concurrit ut Causa universalis, indepen-

dependens, totalis essentialis, & efficienter efficiens: sed Ens creatum concurrit, aut causa dependens, partialis, particularis, & dispositive efficiens. *Ib. n. 16.*

Quantum Creatura tribuat ad generationem? Nota: Entia cum ad generandum nihil habeāt ex se; sed cuncta possideant mutuo aut gratis: eo ipso fatentur: Deum omnia operari mediatè & immediate. Sed animal non generat animal, at bene semen ad animal: eapropter non generat ejus formam. *Ib. n. 17.*

Cum nihil uspiam semetipsum disponat, aut moveat nisi sit semen: necesse est, quicquid generetur, id habere intus dispositorem, qui in aura molli, aquosa, salsa, lutosa, &c. sedeat. *n. 20.*

In Classe minerali iste dispositor est ferme vitalis ac sensitivus; quoniam adepti Chymici univocè tradūt.

Liquoris Alcahest mechanica describitur. *109. 2.* (ejusque simile traditur *2. Maccab. 1.*) Itemque honorificam mentionem vide *p. 116. n. 28.*

Ignis Gehennæ artificialis est liquor Alcahest; & per illum sciri potest, quantam alterutrius luminaris (Solis aut Lunæ) partem Vegetabile (etiam incognitum, confusum ac situ obductum) possideat, & qua figura ornatum fuerit. *p. 148. c. 1. n. 89.*

Alcahest liq. ulterior mentio fit. *p. 334. c. 2. n. 11.*

Erysipelas, odore lintei leporino cruore tincti, & siccum applicati, sanatur. *pag. 114. c. 2. n. 17. p. 476. c. 1. n. 19.*

Partum promovet infra horæ quadrantem, qui alias diem & horas cunctaret, *Jecur* & *Fel Anguillæ* siccatum & pulverisatum, cum propinatur. *pag. 128. n. 49.* in vino ad magnitudinem Avellanæ. *p. 311. n. 46.*

Verrucæ, *Melicerides*, *Natta*, ſimilesque *Excreſcentiæ*, collecto inſuper Lunæ lumine, per vitrum ſuperirradiatæ, donec frigus intro ſenſerint, facile deinde ſua ſponte evaneſcunt. *p. 142. n. 55. c. 2.*

Verrucæ & ejusmodi *Excreſcentiæ*, pomi tranſciſſi pulpâ interna affricta, donec intepuerint, religatis per filum medietatibus Pomi, donec putruerit illud, cum hujus vita peribunt & diſparebunt. *p. 155. c. 2. n. 29.* (ſi autem iſtud pomum à mure aut ſue conſumatur, & non putrefiat, Verrucæ non peribunt)

Gluten de Aquatico Parac: plurimum valet in Cancri medela: Fitque ſi Rana Plenilunio atrociſſimo Hyemis Borea effodiatur, abluatur & baculo alligatur in agro, ſequenti mane reperietur alba, transparensq; quædam mucilago, liquatum Tragacantum referens & Ranæ figuram. *p. 143. c. 1. n. 56. 57.*

Plen-

Pleuritidem confestim sopit ac curat Sang. hircinus drachmæ pondere assumptus: (absque venæ sectione) nec te deseret unquam. Pro cruore vero isto, hircus cornibus suspensus, & cruribus ad cornua reflexis, abscinduntur testes, indeque cruor recipitur (hirco exsangue pro lanione dimisso) qui siccatus instar Vitri & durissimæ triturationis est, atque ab eo officinarum longe differens. *p. 224. c. 2. n. 75. 76. p. 396. c. 2. n. 83.*

Vermes cuncti tam intestinorum, quam alibi, interimuntur potu Aq. communis cum ☿ vulgi bullita, pauco & innoxio potu. In Ulceribus vero affusione. *p. 225. c. 2. n. 83.*

Dysenteria & *Diarrhœa*, sanantur 2. ovorum vitella dura Aceto rosaceo temperata. Sedantur quoque frixis equorum ungulis in butyro ad vim pulverisatis, (ungula jumenti lascivientis certam perniciem dyssenteri-

cis allatura dicitur.) *p. 230. c. 2. n. 22.* *Item in Tumulo Pestis p.47. c. 1.*

Sanguis leporis venati linteo exceptus & exsiccatus, inque vino carptim adhibitus, curat dyssenteriam. Sic etiam *Lepus* fumo siccatus præbetur in potu, & curat non fallaci eventu. *p.476 c. 1. in fin. 78.*

Historiam vitæ Paracelsi vide *p.234. c. 1. n. 5.*

Oculi cancrorum aceto utcunque flaccido confestim solvuntur in liquorem diaphanum. *p.236. c. 2. n. 5.*

Nervorum punctionis maximum solamen Aurium Excrementum. *p. 252. c. 1. n. 24.*

Cæmentum Lapideum & nunquam periturum præbet farina secalitia, si jungatur Calci arenæ suæ junctæ. *p. 253. c. 1. n. 28.*

Strumarum ac *Botium* remedium. ℞. Spongiæ marin. in carbon. combust. ℥iij. Oss. sepiæ ust. Piper. long.

Zing.

Zinzib. Pyreth. Gallar. ⊖ Gemmæ, Calc. Testar. ovar. ana ℥j. M. sce cum aqua stillata ex præfatis spongiis exiccetur paulatim. Hujus pulveris ʒß. cum sach. ʒß. decrescente Luna paulatim liquati deglutitur. Vel fac illinctum, & Botium disparebit. Defectu spongiæ alii sumunt Excrescentiam villosam rosetorum sylvestrium: Cujus folius pulvere alii feliciter usi sunt. Item utimur Ung. Ol. Laurin. (non per axungiam suillam adulterati) ℥viij. Oliban. Mastich. Gumm. Arab. Resin. Abiet. ana ℥iij. distillati, tum iterum cum Cineribus clavellatis (Weid-Aschen/) destillatis. *p.257. c.1. n.15.16.*

Epilepsiam tam Adultorum quam Infantum curat Spir. ⊖. cruoris. *p. 199. c. 1. n. 16.*

Macula connata fœtui admota manu cadaveris longa Tabe extincti, donec frigus partem maculatam

penetravit, ſponte evaneſcit, *p. 285. c. 2. n. 46.*

Amentia, Hydrophobia, Rabies, Mania tolluntur extinctione ideæ contaminatæ, per ſuffocationem in Aquis, ad ſpatium 1. miſerere & amplius (cum ad ½. horam ſubmerſi revixiſſe, aliquoties obſervatum) donec omnino Mortui credantur: qui dein reſupinatione, aut in pronum declinatione, capite humeriſque declivibus, & inſuper tubo poſteriorum inflatione forti, aquam abſorptam reddentes, in vitam revocantur. Aut impreſſione ſanioris ideæ. *p. 286. c. 1. n. 47. 48. 49. 50. vid. p. 181. §. 48.*

Sulphuris Vitrioli fit mentio. *p. 305. n. 20. & p. 346. n. 78. Item p. 309. n. 40.* in 🜄 ⊕-li ♀is dicitur in Narcotica, ſoporifera, calida & melle dulcior. *Item p. 346. n. 9.* absque odore, vapore & furore opii: quia in 🜄 cruciata fixum, excellens calidum, & ſomnife-

rum.

rum. Fit legitimum è Spir. ⊕ viridi, qui per repetitam cohobationem ultima ignis Tortura expressus, & insigniter volatilis coagulatur atque fixatur. Quod præstat vulgaris Sal Armoniacus, qui postmodum auferri debet per Spir. Vini repetitas destillationes. Id 🜹 inter Arcana ad vitam longam & catervam aliquot morborum fugandam recommendabile.

Tussim pacat Laudanum Paracelsi, pag. 314, n. 62, ut citra somnum (saltem non vi somnifera) in pace, quiete, & citra tussim, sibilum & stertores introducatur respirãdi libertas, *n. 64*.

Ulcerum cura vel *medela* est *Colcotharis usus*, juxta ulceris differentiam diversimode applicatus. Sæpe namque Vinum macerationis lotione sua id facit: Alias pulvis ejus post accuratam salis ejus separationem, ac nonnunquam in Ol. Lini coctus usq; ad nigredinem; Qui pro basi est in

Un-

Unguento vulnerario *Fel. Würz.* Colcotar enim enecat omnem corruptorem. *p.328. n.35.*

Realgar fixum per ⦶ & cum repetito Spir. Vini in adstringens ♀ edulcoratum sive mitigatum, 60. forte ulcerum diversitates extinguit. *p. 376. c. 2. n. 31.* Estque *Arsenici balsamus Fuliginis, p.328. c. 2. ad fin.*

Vulnera simplicia, (quæ sunt separatio continui) cõsolidantur colla (è pellibus animantium parata) in vino soluta; præsertim si colla è corio hominis violenta morte seu integris viribus interempta sit. *p.328.*

Balsamus Samech Parac. est ⊖ ♀ cum Spir. Vin. rectificatum, donec nanciscatur gustum astringentem. *p.328. c. 2. n. 36.*

Coralli Tinctura volatilis, Ol. Succini, Sal Chalybis sanant furorem Uteri, indeque manantes Paralyses, Spasmos, Palpitationes, Tremores, Syn-

copes,

copes, Nervorum contractiones; Eadem mitiora Narcoticis obediunt. *p. 312. c. 1. n. 46.*

Asthma (Caducus seu Epilepsia Pulmonis; quicquid enim Epilepticum adultum sanat, etiam Asthmaticum sanat. *pag. 368. n 29. 30. c. 2.* *Siccum* tollitur remediis, quibus Epilepsia inveterata. *Humidum* verò magnis confortativis & restaurativis, tam respectu Pulmonum, quam custodis *p. 376. c. 1 n 64.*

Corryza sive *Gravedo* mitescit, si eodem vesperi sternutatorium ex Helleboro nigro & saccharo æqualibus inspiretur. *p. 376. c. 1. n. 65.* Corryza si sit valida, plerũq; tussim proritat. *Ib. n. 66.*

Tussis quoties è corryza supervenerit, toties hujus remediis terminatura. *p. 377. c. 1. ad fin.* Licetq; *Tussis Corryzæ* supervenerit, tamen unus earũdem finis: sublataq; Corryza, cessat Tussis. Utramq; sublevant soporifera.

Tussim

Tussim è Pulmone, non Corryza, procedentem tollunt remedia Pleuritidis. *p.378.c.1.n.68.*

Arcanum Corallinum Paracelsi, (quod est materia Metallicum, colore Corallinum, sapore melleum, & essentia Aureum; Non quidem quod unquam fuit corpus malleabile; sed est *Auri Horizon* in conclusum corpus & fixum, cujus ♀ dulce & fixum nostris constitutivis commiscibile est. In quo omnes vires ☉ congregavit Omnipotens) purgando *Podagram* in sui semine extinguit, *pag. 387.n.25.*

Pleuritidis atque *Peripneumoniæ* nunquam destituentia remedia sunt, pulvis de virga Cervi aut Tauri, Cruor Hirci vel succus Cichorei sylvestris. *p 396 c.2.n 32.* quæ causam immediatam in Archeo corrigunt, tolluntque Acorem & ad Diaphoresin disponunt cruorem, dolorem pacā-,

quia

quia aciditatem extinguunt, ablato quoque Acoris fermento, resolvunt quantum possunt cruoris extravenati, reliquumque neglecta puris destinatione tempestiva dejiciunt per tussim. Quapropter eadem remedia propinantur devolutis ab alto, quatenus contusione grumefactum cruorem dispergunt, s. spinam auferũt, venenum tollunt, & eatenus locum incarnant. *Ib.*

Essentia aut *Crasis Cinamomi*, vel Ol. Essentiale sive Elixier quomodo fiat. *p. 412. c. 2. n. 84.* scil. Quando Ol. Cinnamomi suo Alkali miscetur, absque omni aqua, 3. Mensium artificiosa occultaque circulatione totum in ⊖ volatilem commutatur, verè Essentiam sui simplicis in nobis exprimit, & usque in prima nostri constitutiva sese ingerit. *p. 5.* dicta.

Volvuli remedium tutum est, potando, dare aliquot globulos plumbeos

beos Musquetarum, ut sui solo pondere durum illud excrementum propellant. Quoque plures & majores hauriuntur, eò tutior & celerior sequetur sanatio, stante vel ambulante ægro, vel ducto vel erecto abdomine. *p.418. c.1. n.32.*

Rosarum Color Aroma & Aqua putredine in destillando efferuntur, quæ alias eodem calore non attolluntur. *p.423. c.2. n.63.*

NB. Tractatus de Catarrhi derilamentis, post eum de *Asthmate*, & ante illum de *Cauteriis* locandus est: qui ex capitum horum initiis & finibus sat elicitur.

Mercurius Diaphoreticus, dulcis instar mellis & fixus; & *Lili Tinctura volatilis.* Item *Lac* sive *Elementum Perlarum* juvant contra Ulcera Pulmonum & Tabem. *p.437. c.2 n.43.*

Sacharum lixivio Calcis vivæ & Argilla figulina clarificatur. *p.463. c.1. n.30.* *Asa-*

Asarum bullitione in aqua, non item in Vino virus suum perdit, idque mutatur in deoppilans, diureticum tardarum febrium remedium. *p. 466. c. 2. n. 46.*

Aron Aceto bullitum mitescit, magnorum quoque casuum fit medela. *Ib.*

Colocinthis, laxativam & deleteriam; introvertit, mergitque ex imo vis solutiva morborum chronicorum curatrix egregia. *n. 48.* quod cum laude tentavit Paracelsos in Tinctura Lili Antimonii. Fitq; idem in omnibus prorsus animantium & vegetabilium venenis per salem suum circulatum; siquidem omne venenum istorum perit, si in entia prima redierint. *Ibid.*

Viperina Caro innocua & absque veneno est. Imo toxicorum Antidotus (sine qua Theriaca velut mortua simplicium farrago.) Pastilli verò inde

inde parati omnes opes in jure derelinquunt, quas cruda caro servabat. *p. 467. n. 51.*

Arsenicum & *Auripigmentum*, & talia, quantumvis fixentur & dulcorentur, nunquam tamen sunt introsumenda, utut alii secus suaserint. Foris tantum valent, aliaq; ulcerum venena necant, domantque: si prius ipsamet subacta fuerint. *p. 468. c. 1. n. 52.*

Acidum venis hostile, ideoq; peregrina dissolventium superata & transmutata aciditate Metalla & lapides pulvis sunt, ut ante; Sale ♀ enim affuso rebus dissolutis in liquore aliquo pontico corrosivo, statim dissolutum cadet in fundum in forma pulveris. *p. 468. c. 2. n. 55.*

Florum Balsami rectius in melle coguntur: Nil enim Oleis, Unguentis, vel Emplastris miscendum est, quod

quod in iis nequeat per totum resolvi homogenealiter. *p. 468. n. 56.*

Olea & *Pinguedines* non valent pro *Balsamis & Unguentis, Emplastrisq́*, nisi ut Pharmaco dent consistentiam: Magna enim hominum pars unguina non patitur in pelle, quod pruritus, pustulasque cum tumore excitent: Deinde, quia prædicta Olea plerumque ex herbis præparantur, quarum virtus in mucilaginoso & gummoso succo delitescit: Succus autem iste per cocturas in jura trahitur, vel prelo exprimitur, qui non vere maritatur Oleis, sed tantum indurescit fixatus. *p. 468. n. 56.*

Unguina foris tepide opponuntur cum delectu in affectibus, quibus à centro foras est sanatio; ut in vulnere, contusione, combustione, &c. Ast ubi affectus internus internum petit subsidium, ut Dysenteria, Colica, Spasmi Nephritici, Scirrhus, &c. ungui-

unguina de foris lapide calefacto, vel arenâ calidâ foventur: sic malum foras elicitur sistunturque impulsiones symptomaticæ. Et quæcunque Balnea agunt in toto, hoc idem calefacta fotaque unguina absolvunt in parte sine totius jactura. Laber enim fovens, pellit odorem Emplastri intro, attrahitque foras, quæ aliàs pigriora hærent: Itemque cum cruore spiritus impetus faciens attrahitur, dispergitur à calore, alias succedit suo loco, vim medicaminis haurit, & velut ebulliens intro revolvitur. *pag.469. n.58.*

Polypodium vernum imprimis viret: In autumno verò canam atque nigram f. effœtam ac senilem exhibet radicem. *Ib. n.59.*

Simplicia quæcunque immediatè ante statum maturitatis decerpenda: plena enim maturitas, declinationis initium est. Ideo singulis fructibus, flori-

floribus, radicibus, frondibus, corticibus, &c. sua maturitatum spacia determinata sunto. *Ib.*

Humectant quæcunque dissolvunt, resolvunt & glutinosa colliquant: quatenus scil. coagulationis & arefactionis impedimenta submovent. *p. 472. n. 5.*

Siccant in nobis, quæ extenuando disponunt ad exhalationem.

Quæcunque *coagulant*, potius indurant & grumefaciunt, quam exsiccant: cujus oppositum est resolutio, non humectatio. *n. 5.*

Atrophiam inducunt atque *tabefaciunt*, non qualitate siccativa, sed quod liquor, alias nutritius, aliò subducatur furtim, cujus occasione fermenta calori connexa veram siccationem perficiunt.

Exsiccatio ergo nulla alia in nobis, quam quæ fermentorum resolutione & caloris difflatione fit.

Coagulatio ſive *induratio* prodit ex ſuomet coagulo, ſive proprietate ſeminis, liquorem in fructum ſolidiorem promoventis. *n. 7.*

Arida quæ liquores in ſe combibunt, licet actu ſint arida, tamen citò humidis ſatiantur, à combibitione ceſſant, nec demum intrant in radicem miſtionis aridorum. *n. 7.*

Sitis ſenſus naturalis eſt ſenſus diminuti laticis, non autem planè deficientis adeò, ut principiantem ſiccitatem accuſet.

Sitis præternaturalis non eſt arefactionis indicium, ſed provenit quatenus excrementum peregrinum ſuccum alimentarium ſtomachi liquefacit, *Ib.*

Sapores rerum diſtincti tantum duo, ſi non ſubinde 3. aut 4. 1. Per quem ſunt acria, amara, ſalſa. 2. Qu dicitur ſpecificus appropriatus ſemini, Priori eſt dignitas & officium ſa lium

lium, scil. in concreto gliscentium: Alter est seminalis odorum natura in concretis officio formarum fungens, vel saltem explicans. Amarus, salsus, acris & Ponticus morbos indigitat. *p. 473. n. 12.*

Sanatio tam per *Medicamina* quam per *Naturam* fiunt per sedationem Archei agitati, & ablationem seminalis & morbosi characteris ab Archeo producti: quæ autem ope Arcanorũ succedit, versatur circa ablationem producti. Idcirco Arcana operãtur ut salia; auferendo noxium vel addendo defectuosum. Noxia verò tolluntur resolvendo, abstergendo, exhalando vel expellendo; quæ proprietates salibus congruæ sunt. *p. 478. n. 14. 15.*

Diuretica vera & sola sunt, quæ habent facultatem augendi ⊖lis urinarii, & facilem sibi faciunt clientelam. *n. 19.*

Salium summus & felicissimus est,

qui ultimam puritatis & ſubtilitatis metam in natura attigit, cuncta pervadit, ſolusque agendo manet immutabilis; Quaq; alia pro lubitu promta reſolvit obedientia, rebellemque omnem materiam, non ſecus atque aqua calida nivem liquat & volatilizat. *Ib. n. 24.*

Salia ſimplicia cuncta (ut Maris, Gemmæ, Fontium, Petræ) ut talia recedunt per lotium atque inteſtina. Interimque reſolvunt ſordes in illis meatibus, ac expulſivam ſui officii memorem reddunt, *pag. 478. c. 1. n. 31.*

Salia verò *Fructuum Mineralium*, naturæ noſtræ aliena, vix intro admittuntur. *Ib.*

Salia autem *Alcalia* & *Lixivia*, virtutibus ſeminalibus orba, ſolam habent abſterſivam, ſaponariam & reſolutivam proprietatem: Niſi ſint

Vola-

Volatilia, his insunt initia concreti radicalia, & Balsami seminalis. *Ib.*

Laxativa duntaxat operantur propter latens intus sibi venenum: quæ semel intro admissa secus limen, quicquid attingunt, fermentant, resolvunt deinceps & resoluta eo ipso putrefaciunt: Ideo putrefaciunt vitales succos, raro autem excrementa, morborum occasionales causas: Sunt enim venena respectu nostri, non excrementorum, hinc nos potius, quam excrementa adoriuntur. *Ibid. n. 33. c. 2.*

Solutiva vera nec putrefaciunt, nec selective humores fictos educũt, neque ideo vitalia resolvunt, seque produnt triplici signo:

1. Quod nil à sano corpore educant, nec moveant, alterent aut infirment illud:

2. Quod non exigant quicquam foràs, nisi quantum peccat; ideoque

non aggravant, ſed ab onere ſublevant, & mox æger inde ſe benè habet.

3. Quod non per ſudorem, vomitum aut ſedem eliciant morbum; ſed inſenſibiliter reſolvant, quacunque parte hoſpitatur morbus. Reliquum ſatagente natura *Laxativa* ejusmodi reſolvunt quicquid alienum intra vitæ diverſorium eſt inſertum, non autem vitalia: niſi indiſcreta doſi aut frequentia. *34.*

Aromata & *Odora*, etſi ſæpe præſtent diſtillando; ſeminales tamen concreti vires plerumque per ignem pereunt. *p. 479. n. 34.*

Volatilia ſociata volatilibus, ob mutuam invicem actionem transmutantur in aliquid tertium. Volatilia fixantur à fixis, & migrant in novum Ens. Alioqui fixa, nexa fixis, permanent in priſtino eſſe. *n. 37. 38.*

Mineralia remedia in ⊖lis naturam mutata, ſecum geſtant ſua ſemina,

mina, in gradum tamen exaltata, *n. 39.*

Calcinata acerrima, si (ut in Plumbo) temperantur concursu Vitriolatorum, cum proprietatibus ⊖lis Armen. resoluti, & ♀ putrefacti, dulcorantur. *p. 479. n. 40.*

Metallis insunt Planetariæ vires, si in ⊖ aut ♀is naturam reducantur extra omnis adjuncti residuum. *pag. 480. n. 41.*

Aurum absq; corrosivo suo proprio mortuum, à quo radicaliter penetratur: Et tunc totum corpus purgando mundat insensibiliter, in tono unisono. *p. 480. n. 42.*

Uniones mutantur in Lac spermaticum isto corrosivo, primis nostri constitutivis sociabile, atq; hactenus remedium Tabis paralysis. *Ibid.*

Liquor Alcahest mundat vi sui ignis Naturam: Nam ut ignis perimit

mit omnes infectas, ita hic liquor consumit morbos. 43.

Mercurius Vitæ Paracelsi propter igneam gehennæ vim, clarificat organa (non secus atque Stibium Aurum ab admixtis purificat. Quod idem de Tinct. Lili censendum. 43.

Renovativa cuncta operantur depurando, & hactenus exhilarando: alioqui non vera est rejuvenescentia. *Ib. n. 45.*

Arcana quæ resolvendo & expellendo sanant, non nisi vires innatas in nobis expergefaciunt, quæ ablatis impedimentis quasi sub novo vere regerminant. *Ib.*

Venena cuncta (præter corrosiva) agunt proprietate specifica, phantasticæ æmula, semini indita, formaliter innata & fermenti æquivocè agentis potentias habente. *n. 47.*

Res unaquaque per modum recipientis & applicationis variè diffundit suas activitates. *n. 48.*

Salia

Salia nobis domeſtica, condiendis cibis, diſſolvendis quoque & extergendis ſordibus aptiora ſunt, quàm ut in alimentum promoveantur. *n.50.*

Olea vix ſanguificationi propria; minimè autem illa, quæ per ignem aſcendunt, ſanguificationi reſiſtunt, nec permiſcentur. *n.51.*

Aquæ ſtillatæ exiguas habent ſortes medicaminis. *Ib.*

Natura gaudet ubique alimento, è corporibus ſub ſua ſyntheſi, exiſtentibus parato. *n.52.* Ideoque

Salia Artificioſa altius penetrant, quam Olea. *Ib.*

Salia Aromatum ex Oleis illorum facta, primi Entis illorum vices ſubeunt. *Ib. n.53.*

Magiſteria magni ſunt habenda, quia horum ſubſtantia eſt integra, digeſtibilis ac fermentis obediens. *n. 54.*

Graduata nimis, cruoris mediam

 vitam

vitam post se trahunt, non autem facilè à fermentis subiguntur. *n. 55.*

Quæ pertinacius vitam sui mediam conservant, non facile ab Archeo superantur: nec solum digerendo contumacia, sed pervicacia sunt, & in nos agunt quatenus non subacta. *Ib.*

Digestio sextuplex in nobis differt; harum tres priores occupantur circa materiæ dispositionem, ad alendum destinatæ; quam licet verè transmutent, tamen potius dispositionem ad præparatoriam, quam ad vitalem ejus desponsationem, præmittuntur. In quarta Vis vitalis cruori communicatur (cruor non est vere animatus, donec sanguis sit.) Quinta digestio occupatur circa vitæ participativam communionem. Sexta operatur qualitate dispositiva; sed fermento gaudet assimilativo, & humanitatem inducente. *n. 58.*

Amu-

Amuleta, *Periapta* & *Appensa* agunt vi influentiæ & directiva, citra evaporationem illorum, quæ in corporibus fixioribus ſedent.

Sunt autem Periapta Oſſea, Carnea, Animalia, Plantæ. Alia vero Metallica, Lapidea, Salia, transparentia vel opaca. Metalla raro Amuleta ſunt, niſi ſint adhuc aperta, aut ab externo exaltata; quia ♆ habent in ſe diviſibile. In Lapidibus autem eſt magna virtus, quorum alii ſunt ſpecula diaphana, quidam verò opaca, ut Corallum, Carnalinus, Turcois, Jaſpis. In Pellucidis autem Eveſtrùm vitæ benè vel malè affectæ reverberat. Gaudet enim vita ſpeculo pellucido reflecti. Nec fruſtra quoque Gemmæ ſentiuntur, velut opaca ſpecula bene polita, quia nativa ſibique naturalis dos ex natura ſpeculi potentius reflectit radium vitalem illi communicatum. Etenim continuò ali-

quid è nobis difflatur vitæ participatione nondum planè destitutum. Transparentia Eveſtrica propius ad naturam vitæ ſive ſpeculi lucentis appropinquant, quam opaca, licet non ita reflectant ut hæc. *n. 62.*

Chymica potius Artis quam Naturæ vi agunt, eò quod illarum initia per ignem parta & immutata ſint. *p. 482. n. 65.*

Chymia 1. ſeparat fixa à non fixis, quæ prima heterogeneorum eſt ſeparatio.

2. Fixatque multa, quæ antea volatilia; Inter volatilia quædam ſeparat odora à non odoris, (quam putarunt ſeparationem puri ab impuro, ſed falſo; ſiquidem ignis æque purum quam impurum urit:)

3. Separatio fit per digeſtionem & fermenta propria, ut partes pertinaci continuitate hærentes, Fermenti diſcordia invicem diſcedant: Sic enim

ſponte

ſponte corpora in plenitudine Vitæ ultimæ fatiſcunt, & hoſpitata vires in lucem prodeunt. *Ib.*

Alcalia fixa ſi volatilizentur, magnorum Pharmacorum poteſtates adæquant, quippe vi Inciſionis, Reſolutionis & Abſterſionis deleta usque ad finem quartæ digeſtionis, tenacitatem coagulatorum in vaſis fundamentaliter tollunt.

Chymia pro ſui Apice univerſale ſolvens parat, quo cuncta remeant in primum Ens, præbentque dotes nativas, abſterguntur labes originales corporum, feritateq; inhumana deſerta, magnas & inexplicabiles poteſtates nanciſcuntur. *p. 483. n. 66.*

Æliæ artiſtæ adventus præſagitur. *p. 507. n. 95.*

Sitis oritur à Rene regulariter, non autem ab Hepate. *p. 519. n. 36.*

Cholagoga cathartica Hydropicis impie propinantur: quæ carnes &

cruorem in flavam & fœtidam saburram transmutant, sine juvamine Hydropis; sed cum destructione Hydropici, *p 520. c. 1. n 38.*

Mercurius præcipitatus Paracelsi omnem Hydropem curat (non quatenus purgat, sed) in quantum naturaliter transiens per intestina, resolvit extravenatum cruorem: Si autem una cieat vomitum vel alvum, id hydropi fit per accidens.

Brionia alba, rasa, superposita *Contusioni*, in qua cruor subter pellem nigricat, paucis horis cruorem illum resolvit in aquam, quam pariter per cutim exigit. *p 520. c. 1. n. 40.* Quocirca vim Hydragogi in Bryonia proficuam attende, si virus ab eâ resolutivum abstuleris. *Ibid.*

Antimonium in liquorem versum & post in pulverem, qui tantum per sudorem purgat, habetur remedium, qui omnem Hydropem modeste tollit,

lit, extra metum recidivæ. *p. 520. n. 40.* quia tollit tam causam, quam furentis Archei ametriam. *Ibid.*

Fimi sunt ⊖lia ciborum putridorum, his datum est resolvere materiam occasionalem Hydropis. *p. 521. c. 2. n. 46.*

Præcipiolum Paracelsi, sive ☿ è sua minera mortuus eductus, præ reliquis Hydropem tollit. *Ib. n. 47.* ejus acquisitio quidem difficilis, sed 2. granorum dosis bis, terve exhibita sufficit. At semel nacto ☿ *diaphoretico* multis ægrotorum Myriadibus sufficit, tam pro se medente, quam pro posteris suis. *Ibid.* *Mercurium* autem oportet mori, absque ullo externorum salium sodalitio, aut spirituum alienorum consortio; Ut tamen vivus maneat in plaustro, quod queat in vita media deferre Mercurii ad loca destinata. *n. 49. ibid.*

Liquor.

Liquor Alcahest, *Ens primum Salium*, *Lili*, *Metallus Primus*, ☿ *diaphoreticus*, ſive *Aurum Horizontale*; qualecunque ex illis (cuncta enim unius diſſolventis conſanguinitate cōſpirant in uniſonum) ſat eſt ad Morborum quorumlibet ſanationem.; *p. 424. c. 1.*

Sanitas eſt unica, homogenea vitæ integritas, & inculpata diſpoſitio; Requirens illius integri conſervationem in ſanis, & conſervationem in ægrotis.

Medicus eſt miniſter & *Pharmacum*, medium reducendi *Naturam* ad orbitam.

Sanitatis integritas eſt in uniſono, & unicus tantum eſt Vitæ Moderator, (*Archeus*) qui ſolus in Morbis ſe malè habet. Et ſolus impetum faciens, in ſanis, & ægris, cujus ruptura œconomiam vitalem lacerat. Qui unico remedio poteſt reſtitui. Eſt

enim

enim *unitas alterata Naturæ, unitas sanitatis læsa*, & unitas ideò spiritus subter morbum agiti consideranda. *p. 524. c. 2. n. 1.*

Purgatio perfecta duntaxat ægros, non autem sanos laxare debet; obq; id perfectissima est: quæ primo insensibiliter consopit pacatque Archeum, qui postmodum morbos, horumque causas occasionales demerit. *3.*

Cathartica, quicquid profligant exterminantque, est cruor mactatus per virus Pharmaci, cujus cadaver fœtens per anum ejicitur. *p. 579. n. 4.*

Pestis est, dum Archeus sibi applicato contagio, partem sui infectam à toto segregat. *531. fin.*

Icterus præsentaneè medetur radicis Lapati Acuti (Grindwurtz/ Peordsürcket/) cortice exteriori in potu ebullita, exhibitaque.

Morbus omnis necessariò habitat intra

intra capſam Archei, qui ſolus eſt immediatus vitæ Teſtis, Executor, Organum & Hoſpitium. *p.532. c. 2. init.*

Morbus neceſſario omnis, eſt vitalis poteſtatis actus idealis efficiens, induens ſibi veſtem ex Archeali materia, atque acquirens formam vitalem & ſubſtantialem, juxta differentiam tarditatis & celeritatis ſeminum Idealium. *p.532. c. 2. init.*

Phantaſia eſt virtus ſigillifera, vocaturq; hactenus imaginativa, quod formet rerum conceptarum imagines, ſive ideas, easque in ſpiritu ſuo vitali caracterizet. *p.538. 2.*

Ideæ ſunt quædam Lumina ſeminalia: Ideò ſe penetrant mutuo, absq; unionis ſtupratione. *p.538. c.1. n.4.*

Ideæ repentinæ omnium ſunt atrociſſimæ & maxime lethales; quia ex improviſo imaginativam quatiunt, adeoq; totalem velut Archeum contaminant. *p.539. c. 2. n. 10.*

Paſ-

Paſſiones ſunt internæ animi motiones; circa quarum frenos verſatur Stoiciſmus.

Perturbationes tandem ſunt paſſiones plerumque à cauſis extrinſecis ſuſcitatæ ideæ. *p. 542 c. 1. n. 12.*

Paſſionum cunctarum communis mater *deſiderium.*

Deſideriorum autem *malorum* unicum remedium voluntatis reſignatio. *Ibid.*

Deſiderium bonum ſemper ex gratia datur ſuperne, cujus productum eſt *Amor*, nitorq; Animæ, producens perfectionem. *Ib. n. 14.*

Virtutes ergò, quatenus ex gratia obveniunt, tranſcendunt ab Imaginativa, cum ſuis ideis ad intellectum: adeoque tingunt Animam.

Devotio eſt donum gratiæ, gratiam lucrans, deſiderium orandi, loquendo ſuo Deo, cum humilitate amoroſa, fide perfecta & perjucunda. *p. 543.*

p.543.c.1.n.17. Hac *Deus* mulieres (quia eas plurimis morbis, angustiis & tribulationibus circumdedit,& potissimum in solamē) in donum compensavit. Hinc namque oriuntur ideæ compassionis & compunctionis; quæ pro fundamento Timorem Dei & charitatem præcedunt. *Ib.n.16.*

Cancer verus, nusquam nisi in ubere & utero mulierum oritur. *pag. 545. in pr.*

Comitialis, per Menses, Annosque subinde dormit, & nunquam suscitatur, nisi per Venerem, Iram, Mœrorem, Partum, &c. *p.551.c.1.n.17.*

Tristitia, quæ est lenta perturbatio, parit ideam, quæ vitam consumit, roditque: Eò quod ejusmodi idea pro sui materia habet auram vitalem Archei degenerem, quæ idcirco prætendit residuum Archei sui similitudine prævertere. *pag.554. c.2. n.10.*

In

In cassum plerumque *laborat, quicunque destitutus Arcano Universali, non pacato prius Archeo, averruncandis causis occasionalibus*, operam locat suam. *p. 555. n. 13.*

Destillatum omne est nova creatura, per ignem producta: Adeoq; non ex primo sui concreti instituto. Hinc quicquid per ignem conficitur, vitam primam, mediam atque ultimam simul acquirit, liquanturque simul junctim. Quatenus unicum seminale principium, quod in materiam confluxit, variis terminis antea subjectum ac distinctum, per ignem coadunatur, simulque inde fit nova creatura, surgens quidem ab initiis, concreto inexistentibus: Attamen sic ista initia seminalia per ignem alterantur, quod quadam colliquatione Ens novum inde suscitetur, & tres vitæ proprietates una consurgant: Quapropter cuncta destillata à corruptione

sunt

ſunt immunia; qui alioquin in vitarum trium ſuſcepta ſucceſſione rebus familiaris eſt. *p. 557. c. 7. n. 8.*

Diuretica non quidem materialiter in veſicam deſcendunt: ut nec potus Vulnerarius in Vulnus remotum: Verum omnium Diureticorum & Vulnerariorum Opis in ipſo ſtomacho fabricatur. *pag. 558. c. 2. n. 11.*

Lap: Cancrorum aut *fixiſſimi Oſſifragi* auxiliaris tam Vulnerum, quam lotii difficultatibus, ſi diſſolvatur in Aceto, potentius præbet auxilium, quam vino prius aut aliter ebullitus. Eo quod acida comminuant lapides iſtos in ſubtiliſſimum Atomum, cumq; cremorem nativum adhuc in ſe habeant, domabilem à ſtomacho. *p. 558. c. 2. n. 12.*

Laudanum verum absque Opio (♀. ♀ris) ſæpè Colicam, Choleram, Diarrhœam, Dyſenteriam, aliosque

morbos

morbos persustulit, residua licet adhuc massa intus hospitaretur. *p. 542. n. 43.*

Vires dotales Rerum, quam Divina Bonitas ex dono pro ægris dedit, plerumque carent gustuum testimonio. Adeoque vel solo isthoc signo produnt se dotaliter à Deo instillari pro usu Mortalium. *p. 565. c. 2 n. 16.*

Ossifragus Lapis est nuperæ inventionis, qui ossifragii sanationi nomen debet. Ignibus invictus, nec calcinabilis; sed gustui suo insipido insignis, stomacho indomitus. Mirum tamen, quantum circa viscera & interna vulnera, quam in externis ossium fracturis victor edat. *pag. 565. c. 2. n. 17.* assumptus per os. *pag. 584. c. 2. ad finem.*

Elixir Paracelsi Proprietatis curat *Asthma*, *Epilepsiam*, *Apoplexiam*, *Paralysin*, *Atrophiam*, *Tabem*, *Quartanam & Continuam Febrim*. Fitque hoc

hoc modo : Accipe Aloës lucidæ, Myrrhæ opt. Croci optimi ana ℥j. (ſi enim plus ſumſeris, fruſtra id factum reperies,) Duo priora terantur accuratè; Crocus verò potius conglobetur tundendo (quia non teritur niſi ſiccatus,) Ponantur in vitro capaciſſimo & forti, ſigilleturque liquato collo vitri, & deſtilletur moderato calore, ne vas diſſiliat, donec videris totam offam in fundo coaluiſſe, & circulari Oleum clarum cum Aqua in parietibus vitri. Tum aperiatur collum vitri, & infunde libram 1. Aquæ Cinamomi, & deſtilla per Arenam madidam, cui aquæ bulliens ſenſim affundatur : donec non amplius è roſtro Alembici quicquid deſtillet. Hoc Medicamine tam Quartanam quam Continuam ſtatim abſolvi. Adeo, quod qui noctu ſuſceperat S. Sanctum viaticum & Olei extremam Unctionem, me in prandio convivam

vivam

vivam circa lectum haberet, *p.573. & 574. fin. & initio.*

Metallus Primus sive *Masculus* Paracelsi, est Minerale subterraneum, quod ab Indole Metallica necessariò vestitur ☿ & ♀ metallicis: Mercurio nempe liquido nec digito adhærente, ♀ cremabili in flamma cœrulea. Hoc ♀ cum suo corrosivo destillatur totiesq; cohobatur, donec in forma Olei rubri per Alembicum transcendat. Quod tum demum accuratissime ab omni prorsus corrosivo mundatum, est Oleum (: non per separationem sui ⊖ & ☿ ij paratum sed) anatice totum in formam Olei redactum: id quatenus oleosum adhuc est, â tota potestate Animæ sensitivæ non est alterabile aut applicabile Vitæ: Quapropter debet transmutari in succum ☿lem, quem Paracelsus docet, dicitq; *Vinum Vitæ*: quia per modum cæterorum *Arcanorum* sa-

nat, Morbos, per abſterſionem & proſcriptionem noxii cujuslibet: Verum inſuper renovat vires deperditas in Univerſali ac Roboris inæqualitates reſtaurat. Ideo vocatur à Paracelſo *Membrorum Eſſentia* ad vitam longam ſolus Apex & Culmen Spei. *p. 574. c. 1.* ad finem uſque.

NB. *Aurum Horizontale* & ♎ ☉lis. NB.

Argentum vivum absq; ulla ſui aut de ſuo participatione, imo & citra ullam de ſe miſturam radicalem commutat quicquid Spiritus Sulphurei attigerit *p. 576. c. 1. init.*

(: NB. *Pro Liquore Alcaheſt:*)

Quæ Radicalis Commiſtio Mercurii magis miranda eſt; ſi Argentum vivum maceretur in magna Aquæ communis quantitate; quia etſi ne minimum de ☿ in ſe ſorbeat, aut ad ſui naturam convertere queat: Attamen ab Argento vivo proprietatem

tem, non item substantiam mutuat; sic, ut puta Aqua ejusmodi necet lumbricos universos, & Ascarides, existentes etiam, quo potus iste nunquam pervenerit: quippe qui mox totus in lotium rapitur. Fitq; Aqua ista contra Lumbricos validior, si cum ☿ semel bullierit. Sic Uncia ☿ millies poterit mensuram Aquæ inficere attamen permanere in pondere & proprietate pristinis. Arg. vivum enim agit in Aquam, eiq; imprimit sui characterem, nec quicquam vicissim ab Aqua repatitur.

Ita Vis quædam Medica transfertur, mutatq; suum subjectum naturarale, & abit in Objectum peregrinum, solo velut Radio vel Aspectu sui, *pag. 576. cap. 1.*

Arcana nequeunt unquam abire in alimentum; quia servant suos fines, ut quæ, non in cibos, sed in Phar-

maca ſunt deſtinata, Pharmaca perſeverent, etſi intro ſumpta. *Ibid.*

Mineralium remedia ſulphurea potentius minimo attactu, Vibratione, Jaculatione, imò radiatione ſive illuminatione (modo in ſede Animæ ſenſitivam vitam attigerint) perficiunt & accomplent ſanationes, non habito cauſarum occaſionalium reſpectu; ut ſunt ♀ *Stibii*, ac potiſſimum ♀ *Glaura Augurelli*, quæ Nympha hactenus alio nomine proprio caret, p. 577. c. 1.

Cinnabaris ♂ extrahe ♀ *antimonii*, quod vix à vulgari diſcrepat viſu, niſi quod parum in viriditatem vergat. Fac cinnabarim, hanc adhuc ſexies per ſe ſublimabis, ut ſublimatio inſerviat pro Reverberio Lili. Accipe ℥ ß. tritæ hujus Cinnabaris, ſuſpende per horas 24. in dolio vini cujus unicum cochlear per aliquot dies umptum, miraberis effectum. Eademq;

demq; Cinnabaris sufficiens est multis centenis doliis, iterumque æquivalens, si iterato sublimetur. *pag.* 577. *cap.* 2.

Metalla longis parasangis superant Plantas & Mineralia medendo: Ideoq; Metalla sunt quædam specula lucentia, non quidem ratione nitoris, sed potius, quod quoties aperiuntur liberanturq; eorum virtutes, agant lumine dotali, & contactu vitali: Nempe per aspectum Astrorum modo & attactum Blas Alterativi. *p.* 579. *c.* 2.

Anima sensitiva ipseque *Archeus* habitant in Membrāa ipsa stomachi, distinguens rerum cunctarum convenientias, proportiones, similitudines ac Adaptationes. *p.* 562. *c.* 1.

Mercurius Diaphoreticus, apprime dulcis, fixus tamen & in igne non mutabilis; Tametsi aspernetur omnem digestionem, facit tamē in mor-

bis quantum Physicus & Chyrurgus optare velint. In superficie ludit dulcedo ♀ ejus, pars verò ☿rii, per ♀ obtecta externum, latet, nec operatur, nisi per speculum lucens trans ♀: Et sic Archeum sui ad lubitum affectans. Alioquin illa dulcedo diaphoretici est ♀ ex igne ♀ hausti. Qui ejusdem saporis est cum diaphoretico: Q apropter

Ignis Veneris est Anodynus, saporiferus innocuè, doloris pacator, sedatque omnem iram, Dolorem, Motionem, Turbationem, Tempestatemq; Archei: Inprimis etiam in Archeum voluntatem resolvendi omnia coagulata. *p. 584, c. 1. ad finem.*

Chalchanthum sive ⊕, si linteo cruento aspergatur sanat *Vulnera absentia, p. 589 c. 2.* Statimque sedat cruorem, *Ib.* Curatq; Ossifragia & Ulcera. *p. 591, c. 1.*

Paneritium digiti (der Weit am

Fin-

Finger) licet ad brachii magnitudinem extensi; cruore, ac recenti pelle Talpæ circumducta, crastino mane digitum, cum nocturna quiete, restituerat, *p. 590. c. 2. ad finem.*

Lotium propria lotione vel unctione, sanat unumquemque morbum in habitu corporis sedentem. *p. 591. c. 2.*

Persicaria & *Chameleon* sola attactu dolores atroces confestim tollunt, *p. 593. c. 2.*

Oß Brahii Bufonis, primo statim contactu Odontalgiam sustulit *Ibid.*

Nihil æque victoriose in Humidum radicale agit, atque primum *Ens Cupri*, vel ad vitam longam *Sulphure vitrioli*, est benignius, ideoque ♀ *Philosophorum* indigitat, *p. 594. c. 1. in fin.*

Butleri Lapilli (ab Authore Drif vocati) qualitates & confectio enumerantur, *p. 595. c. 2. & 596.*

Electrum Minerale Immaturum Paracelsi, collo appensum, liberat quos Spiritus immundus persequitur, quod ipsus vidit Helmont. *p. 604 c. 1. n. 1.* Illius potus vero plures à Veneficiis liberavit: Nemo autem, qui appenso illo simplici non præcaverit, ne injecta intromittantur, vel ab importunis ligationibus confestim non solvatur. *Ibid.*

Barth. Carrichter, tractatu suo germanico, paucis herbis quoslibet & quomodolibet *Incantatos* sanat. Antesignanum suum (Daurant) (*Phu Dioscoridis* Ultimaque Valerianæ species Mathioli *in edit. ultim.*) floribus purpureis omnibus prætulit.

Magnifacit quoque Helmont *Verbenam* flore purpureo.

Hypericonem herbosiorem flore minuto, *Abrotanum*, *Adianthum*, *Rutham*, *&c.* Itemque *Corallum Rubrum* ejusque eductam *Tincturam*,

mul-

multum solaminis attulisse expertus, *n. 8.*

Utendum vero herbis crudis, concisis, non autem coctis: quoniam potestas illorum integra consistit in Integritate concreti; contusione igitur perit vis Idealis Herbarum. Decerpuntur autem Herbæ, & Radices effodiuntur statione, quà magis vegetæ, & mox oriente Sole. *Ib. n 9.*

Injecta expulsa, rectius involvuntur simplicibus, quibus vis expulsiva inest, & asservantur. (quia quod ex Theologorum consuetudine Igni absumantur) pari enim ratione, quà sympathetica vulnus absens sanāt, hæc simplicia Antidotalia arcent Injecta, detinent cohibentque ne injiciantur, vanamque Magi Operam illudunt.

Splen primorum conceptuum sedes, indeque ad Stomachum & Uterum distenditur. *p. 605. c. 1. n. 1.* Estq;

Fons Idearum, tam Imaginationis Hominis, quam ipsius Archei, *2.*

Pestis, sive ex Terrore in Anima concepto fiat, vel demum proprio Archei vitio, semper circa Orificium Stomachi prima tenet conciliabula: Nam Ideæ Archeales, morborum feracissimæ, quia irrationales, nobis insciis atque invitis contingunt, ideoque & incorrigibiles, atq; exleges, plerumque nos inauspicato modo invadunt, *p. 805. c. 1. n. 4.*

Concepta Animantata Mulieribus magis socialia ob Uteri consonantiam & propinquitatem: Est enim Uterus (licet mera Membrana) *Lien* alter; Ideoque proprio velut seminis instinctu, statim secundinis fœtus, velut alterum Lienem externis obducit. *p. 605. c. 2. n. 5. 6.*

Omnis exorbitans Uteri Affectus est insania quædam, sive dementia Archealis in Utero, *p. 607. c. 1. n. 13.*

Sa-

Sanatio è *Conceptis Amentiæ*, in Utero conceptæ, requirit Ideæ Furoris extinctionem, per Arcana appropriata, atque deinde Organi rectificationem; Alioqui facile repetit Insania. *p. 608. c. 2. n. 20.*

Hystericas Passiones sanant naturaliter ea, quæ juvant incantatos & vice versa. *p. 610. n. 10. init.*

Arcana Hystericis Passionibus aut *Uterinis Furoribus* appropriata sunt *Ignis* (sive dulcedo Sulphuris) *Vitrioli Veneris.* Item *Tinctura Coralli volatilis*, *Essentia Succini*, *Gagatis*, *Urtica* non pungens flore cucullato; *Ribes nigrum*, *Ballote*, *Ruta*, *Abrotanum*, *Salvia*, *Nepetha*, *Grana Sambuci*, *Ebuli*, *Asafœtida*, *Verruca poplitis Equi. ibid in fin. c. 2.*

Abrotanum, *Salvia & Rutha* Ideas Timoris abigunt.

Arthemisia, *Urtica*, *Ballote &*

Ribes nigrum, valent in casibus à mœrore contrectis.

Assa autem *Castoreum*, *Grana Acitis*, *Gagatis Essentia*, in Casibus ex fra paratis.

Nepetha autem *Valeriana* & *Adianthum*, in Casibus ex Idea odii resultantibus.

Hypericon & *Phu Tertium* in ideis furibundis.

Lepus siccatus, *Testes* quorundam bestiarum fumo arefacti. *Virga Cervi*, *Agnus castus*, & *Succinum*, in ideis per *Libidinis* suggestionem natis.

Electrum autem *minerale*, *Corallus præparatus* & Arcana majora ascendunt ad Universale quodammodo, Quibus accedunt *Secundini Masculi primogeniti*, *Fel Anguis &c.* *p. 611. c. 1.*

NB. *Sachari dulcedo* sopitum Uteri Furorem concitat.

Inspirata sunt Tertium *Receptorum*

Genus

Genus, quæ forinſecus in nos intrant, & plerumque una cum Aëre. Ex *antris*, *paludibus*, *fodinis*, montibus, ventis provincialibus, ſerpentibus, ſordibus, cadaveribus vel cadaveribus vel creſcentibus. Suntq; rerum exhalationes, quæ proditorie atque inſenſiliter vitam noſtram ſuffurantur. *p. 615. c. 1.*

Inſpirata mineralia nullam expectant remedii ſpem à vegetabilibus. Vix enim Medelam, niſi per Arcana ejusdem Monarchiæ ſuſcipient. *p. 616. cap. 2.*

Suſcepta, quartum *Receptorum Genus* ſunt Vulnera, punctim vel cæſim, jaculando, verberando, jaciendo, lacerando, mordendo, contundendo, congelando, amburendo vel ſtringendo facta. Item Offifragium, diſlocatio, vinculatio, conſtipatio & quæcunque Chyrurgo proxime ſubjacent. *p. 617. c. 1.*

Ulcera, quæ non à vulnere perperam curato nata ſunt, cum aluntur à Principio interno, ad Phyſicum ſingulariter ſpectant. Eoque evidentius, quia Ulcera quævis, & quantumcunque maligna, perfecte ſanentur per Arcana oretenus ſumpta. *Ibid.*

Retenta ſunt, quæ vel forinſecus aſſumuntur, vel intus domeſtica naſcuntur per internam inordinationem, *p. 618. c. 1.*

Narcotica vix ſomnum *amentibus* conciliant quadrupla doſi, ſed Amentiam augent: quæ eſt vis ſoporativa errans: Omnis enim Amens vigilans ſomniat. *p. 627. c. 1.*

Atrophia & morbis diuturnis *conſumptum radicale humidum*, reſtituitur, *Elemento Perlarum lacteo.*

Pulmonum Ulcera ſolidantur per *Corallatum dulce ☿ diaphoretici. p. 64. 723. c. 2. ad initium.*

Aqua Vitæ, eſt liquor volatilis, oleo-

leosus quidem, totusque pariter salsus, in quantum Aër mordicat, imò & ore paululum detentus, comburit ac vesicat gingivarum Epidermida, *p. 724. c. 2. ad med.*

Spiritus Vitalis est sanguis per vim Tormenti & motus Cordis resolutus in Auram salsam, illuminatam vitaliter. Quod lumen in nobis est calidum. In Pisce verò friget actualiter sic, ut nunquam quam diu ac subsistit, queat ad caloris potentiam adspirare. *p. 718. c. 1.*

Menstruum Porcos in lepram vergentes sanat. Item Equos ex potu intempestivo contractos, si tantillum Menstrui potitent, confestim restituit. *p. 735. c. 2.*

Vita est Lumen & Initium formale, quo res agit, quod agere jussa est *p. 736. c. 1.*

Arcanis Paracelsi tantillum restaurantur debilitates, quæ à *Crapula,*

la, Venere &c. ingruunt. At non nisi Comite infirma Natura: Insaniæ enim ex mala conformatione, nec quicquam restaurantur. Illæ vero quæ ex superbiæ insigni Thymasi exortæ sunt continuo de recidiva metuunt, uti

Mania, hæ quidem sanantur confestim, sed cum metu minoris alicujus recidivæ. Alioqui vero *Phrenetis*, *Delirium*, *Caducus*, *uterina Vesania*, *Hypochondrii mania*; & quæcunq; ex impuritatis aliqua sobole fit, perfecte & complete sanantur *Remediis Paracelsicis*, *p. 789. c. 2.*

Arcanorum Paracelsi index habetur, *p. 790. c.* suntq; sequentia.

1. *Tinctura Lili* ab *Electro minerali immaturo* in *Vinum vitæ* redacta; cujus una pars est *Metallus primus*, altera vero *Membrorum Essentia*,

2. *Mercurius vitæ* Stibii proles inte-

integri; quæ omnem morbi nervum penitus absorbet.

3. *Tinctura Lili Antimonialis* ejusdem pene efficaciæ cum præcedenti, quamquam minoris.

4, *Mercurius Diaphoretic.* melle dulcior & ad ignem fixus, Solis Horizontis proprietates omnes habet: perficit enim quicquid Medicus & Chyrurgus possint optare sanando. Non tamen tam potenter removet, ut præcedentia.

5. *Liquor Alcahest* immortalis (eminentior est) immutabilis, Aqua solvens, & Sal Circulatus ejus, qui reducit omne corpus tangibile in liquorem sui concreti.

6. *Elementum Ignis* è *Cupro.*

7. *Elementum* seu Lac *Margaritarum.*

Essentia autem *Gemmarũ & Herbarum* longe minora sunt præfatis.

Salia volatilia Herbarum & *Lapidum*

dum, præcisam particularitatem referunt, neque universalium efficaciam attingunt.

Ad *Vitam longam propagandam*, Resolve fragmenta Ligni Cetim (Cedri) cum pari pondere Liq. Alcahest in vitro sigillato, sub tepore fovente: Et infra septimanam videbis totum lignum in liquorem lacteum migrasse. Mox vero circa quindenam supernatat distinctim duplex oleum, quod in Mensem usque augetur, & separatur dilucidius. Oleum vero per operationem manualem separetur ab Aqua. Tum distilla Aquam in Balneo, & liq. Alcahest primævo sui pondere manet in fundo. Oleum vero cum Aqua toto trimestri, lento tepore foveatur, & totum Oleum assumit naturam Salis, & sese permiscebit Aquæ. Estque *Ens primum Cedri*.

Aurifera projectionis triplex narratio

ratio traditur *p. 671. c. 2. n. 58. p. 743. c. 1. init. & p. 793. c. 1. ad finem.*

Vitriolum optimum pro Medicina artificialiter fit ex Cupro ſolo, ſine terreis ſordibus, & peregrinorum miſtura cum liquato æri 🜍 injicitur, donec totum flamma abſumſerit: confeſtim vero æs fuſum Aquæ pluviæ infunditur unde vireſcit; idq; toties repetitur, quoad æs omne in Aquam tranſactam migraverit. Exhalata tandem Aqua, Vitriolum habebis, *p. 692. c. 1. n. 12:*

Itemque fit arte *Vitriolum*, ex pyrite ſive Marcaſita æroſa, ſulphure impregnata.

Abſtracto enim 🜍 reſiduum corpus æroſum aëre expoſitum, currente dierum numero ſal acidum ſenſim ſuis medullis reſolvit, quod eadem reſolutionis acuitate æroſum quidpiam in ſe diſſolvit, quodq; inde aquæ juvamine depromptum, mox etiam co-

coctum Vitriolum fit. Adeo quicquid prima vice Salis esurini rosioni restitit, repetita 🜖 crematione totum tandem concedit, & in Vitriolum evadit. *Ibid. n. 15.*

Denique ⊖ Esurinum connascitur concretum in pyrite, quod concrematione & resolutione, ærosum quodpiam inde secum fert, & Vitriolum fit. *n. ibid.*

Sulphur etsi totum pingue, tamen in Æris penetratione, ⊖ quoddam acidum (quod aliàs inter comburendum avolat, & per campanam in succum cogitur) semifixum relinquit, *n. 18.*

Sal acidum & esurinum fontium in visceribus terræ ortum, est ⊖ cujuspiam 🜖 embryonatum; eatenus tamen artificiali ⊖ è 🜖 petito, nobilius, quo primo enti propinquius est, *Ibid. n. 19.*

Manna aluminis est ⊖ esurinum.

Alu-

Aluminis, saccharo quovis dulcius, astrictione carens, primo enti ejus simile. *p. 693. 21.*

Vitriolum præstantissimum, materialiter nihil aliud est, quam ⊖ esurinum ♀ embryonati, quod Æris partem quampiam erosit: Vilioris vero ⊕ ⊖, è perfecto haustum est ♀. *pag. 693. c. 2. n. 22.*

Aroph Paracelsi, lib. de viribus Membrorum (Aroma Philosophorum sonat, propter Tincturam auream) præparatum sub fimo, cum mixtura Panis secalitii, ac postmodũ Spir. Vini extractum; curat inclinationem veterem ad Calculum Renum. *Tract. de Lithiasi p. 58. c. 2. n. 14.* Estq; liquor. *Ib. 7* [illegible] *14.* Item Dauci semen Cerevisia coctum, præstat idem hoc præservando, illud conservando. *c. 8. n. 23.*

Medicamen felicissimum contra

Cal-

Calculum. 1. Aptum in Urinam mutari, ut locum affectum tangat.

2. Habeat in se potestatem solvendi repagula Calculi.

3. Possideat istud in proprietate specifica & appropriata.

4. Sit subtile, ut quaquaversus eat, suumque eminus Objectum amoliri queat, amicum naturæ sit, ne cuncta pervertat, *p. 704. c. 2. n. 56.*

Superstitio dicitur, quoties statur fide aut imaginatione, aut utraque super virtutem aliquam, quæ talis non est, aut non eò à Creatore directa. *p. 751. c. 1. n. 16.*

Magnetismus est proprietas quædam occulta, aut qualitas etiam cœlestis, Astralibus Influentiis persimilis, nec loci distantiis coercita, *pag. 756. num. 49.* De Magnete nemo melius scripsit Guilielmo Guilberti Londinensi Medico. *p. 751. c. 2.*

Magnetis dorsum sicut ferrum

ita,

ita & intestinum pellit, curat Herniam, omnemque Catarrhum de Natura Martis: Vis trahendi ferrum, si Mumiæ Muliebri maritata fuerit, tunc dorsum Magnetis in femore, & ejus venter in lumbis emplastrata, abortum jam minitantem tutò præcavet: Venter verò Magnetis in femore, & dorsum Lumbis appositum, partum mirifice facilitat. *p. 751. c. 2.*

Magnetica Cura morborum incurabilium perfecta edita est in libello de lampade vitæ Ernesti Burggravii, *Franequeræ apud Udalr. Balck in octav.*

Ubi ex Paracelso plures morbi, ut Hydropis, Podagræ, Icteri, Lepræ &c. sanguinem calentem Ægri includendo ovi putamini aut Testæ, quæ fovendum exponitur, & carnibus admistum sanguinem hunc, Cani esurienti aut sui dando, ab Ægro in Canem

aut

aut Suem trahuntur & abeunt. *p. 752. l. 20.*

Mulier ablactans infantem, ut citius Ubera sibi sterilescant, in prunas Lac emulget, & Ubera mox flaccescunt; Ita Lac combustum mammas siccat *752. l. 21.*

Succinum vitriolo colorem & acredinem extrahit, si in tabula ex Bismutho facta, tribus spithamis huic illud opposueris *Ib. c. 2. n. 22.*

Radix Carlina (quæ Chameleontis est) plena succo & viribus evulsa, Mumiæ humanæ contemperata, tanquam fermento ex homine, cujus Umbram premis, vires & robur in te trahit. *Ib. c. 2. n. 24.*

Persicaria (sive Piper Aquaticum) *Sophia, Consolida, Serpentina, Brassatella* atque plures aliæ, hoc peculiare habent, ut si frigide demergantur in Aquam, & super vulnus aut Ulcus aliquantisper intepescant, mox defodian-

defodiantur loco cœnoso; ubi putrere incipiunt, etiam attrahere satagunt ex agro, quicquid nocuum est. *p. 753. c. 2. n. 29.*

Quercus excisa flante Borea, verminosa erit, nisi confestim subter Aquas demergatur. *Ibid.*

Asari folia, decerpendo sursum vellicata, purgabunt Personam tertiam tractionis nesciam, per vomitum tantum; sin vero deorsum carpendo torqueantur solam dejicient alvum. Idemque præstant *Sambuci Locustæ. Ibid. n. 30.*

Sapphirus, cœruleo colore satur, si Anthracem Pestis attigerit, & aliquandiu affrictus fuerit, mox vero auferatur non cessat jam absens Gemma magnetice virus totum è contaminato attrahere: modo id viribus nondum debellatis fiat. Solent idcirco locum Apostematis Sapphiro in circinum paulatim aucto conscribere:

ne ſcil. exiens virus latius perinde infeſtet. Quà enim Virus magneticè è corpore tabido tanquam per tubum attractum, exhalat, totus Circinus mox nigreſcit, & tandem in Eſcharam combuſtus, excidit: Corde interim à mortifera contagione præſervato. *p. 754. n. 34.*

Sapphirus eò potentior laudatur, quo ſæpius venenum exſugit. *p. 755. n. 35.*

Itemque Tactu unius Carbunculi cæteros quoque incipientes, etiam non attactos ſanat. *Ibid.* & in Tumul. Peſt. *p. 72. c. 1. de Zen.*

Succinum lucidum eſt quoque Magnes contra Peſtem, prius per 7. Planetarios pulſus (qui ſunt in gutture carpis manuum, prope Pedum malleolos, & ad Cordis thronum) confrictum, & collo, periapti vice, appenſum, adeoq; diræ luis Amuletum certiſſimum; planè inefficax tamen pulſuum

pulsuum confrictio non præcesserit. Appellaturq; Zenexton.*p. 756. n.* 37.

Usnea cranii Humani frustulum intra cutem & carnem capitis consolidatum, à vulneratione pellis præservat. *757. l. 45.*

Resina Abiegna per se coagulatur in lapidis duritiem, quæ tum ferrum nō aliàs, quam Magnes attrahit, *pag. 762. num. 67.*

Magnes allii affrictu Polum negligit, servata sibi interim forma, materia, & proprietatibus: per allium enim obdormiscit spiritualis illa sensatio in Magnete. *Ib. n. 68.*

Magnetismus Unguenti, trahit ex vulnere absente peregrinam dispositionem, unde labra (quæ alias indignata mox æstuant, apostemantur, imò totum inde corpus Febribus ac variis symptomatibus conflictatur) nullo demum accidente prægravata, sine dolore sunt, & mox accrescere festinant-

ſtinant, nullatenus impedita Natura; quæ ipſa vulneris Medicatrix eſt, Medicus autem illius tantum Miniſter, *p. 763. c. 2. n. 71.*

Sanguini eſt Ecſtatica vis quædam, quæ ardenti deſiderio excita, ad abſens quoddam objectum Hominis exterioris ſpiritum deducit. *p. 764. c. 2. n. 76.*

Spiritus vitalis in carne & ſanguine Animæ vice fungitur in exteriore Homine; Is enim eſt idem, qui in ſemine totam Hominis figuram, ſuperbam illam conſtructionem & perfectam adumbrationem fineſque Rerum agendarum novit, quia continet: Et qui jam conſtitutum fœtum uſque in Vitæ periodum comitatur Præſulo; Quique tametſi cum ea abſcedat, ejus ſaltem tantillum, in cadavere vi interempto, tanquam eidem confermentatum optime, remanet.

De Cadavere autem ſponte & fatiſcente natura mortuo, tam inſitus quam influens ſpiritus, migrarunt ſimul. *p. 768. 2, 100.*

Saga agentis ſpiritus ligatur Spiritui vitali Patientis (ab ea) animalis; à Sagâ extincti (eſt enim ſedes ſpiritus vitalis) iſtius animalis, ſi cor recens clavo transfigatur; aſſetur Veru vel Crate torreatur? mox ſpiritus vitalis Sagæ, citra alterius Medii interventionem, & inde Saga tota ipſa immanes patitur Ignis Cruciatus & Dolores, *p. 769. c. 2. n. 110.*

Succinum Gummis imiſtum, Virus & Plumbum ſua imaginatione transplantata jam, è vulnere trahit. *p. 774. c. 2. 145.*

Vulnera plura ſimul recepta ſanantur unius vulneris ſanguine habito, imbuto & penſato: quia ſanguis ille concordem cum Spiritu totius ſervat Harmoniam, & ab eadem

educit qualitatem infeſtam, nedum labiis vulneris, ſed & toti homini communicatam; Ex uno quippe vulnere totus Homo febricitare ſolet: *pag. 778. cap. 1. 167.*

Potiora ex Tractatu de Lithiaſi.

IN Lapidicinis ſæpe ſponte ſtillat *Sal Nitroſum*, perpetuo ſtagmate. Quod nempe ſaxa redeant in primam ſui Materiam. *c. 1. n 10.*

Odor Sem. Dauci Cereviſia vel Vino cocti, odorem ſaxatilem domat & comprimit. *Ibid. n. 19. Item cap. 4. num 18.*

Aſſumpta Mace vel Croco ceſſat plerumque *Urinæ ardor & Stranguria. C. 2. n. 10. C. 4. n. 18.*

Urinæ Sale nihil ſubtilius in tota rerum natura. Eſtque nobile Remedium

dium ad icterum aliosque morbos. *c.3. n.3.*

Sal Alcali, dum ignitum liquatur corrodendo liquefacit Arenam vel pulverem Lapidis non calcinabilis, nec alias fusibilis, simulq; in Massam diaphanam vertuntur. Ergo Lapis Calcarius sive saxum propter sal acidum ineptus est vitro. *c.3 n.6.*

Rasura Casei cum arida calce viva liquescit (scil. cum animanti acido) non autem cum alcali cinerum. *Ib. num. 9.*

Spiritus acidus *Sulphurum* vel *Salium* cum corpore alcalizato fit terreus. *Ibid. n. 10.*

Omnium Salium Spiritus sunt acidi, exceptis alcalizatis, & sulphurum essentialium in vegetabilibus. *n. 11.*

Spiritus Lotii Humani, nec est acidus neque alcalizatus, sed mere salsus & ratione istius salis promptius alios coagulat spiritus; quam quilibet aci-

dus coagulat Lac. Copiosus salis usus, calculi recentis & succrescentis recidivam amputat. *n. 18.*

Ludus Paracelsi non parit *Lixiviū*, sed salem ex acido amarum, ideo quoque illum vocat Fel Terræ. Est enim Lapis Siliceus, tenerior tamen, & qui ferè totus per diuturnum bidui ignem avolat: cum Sale Petræ verò celerius. *n. 28.*

Salis Spiritus est acidissimus, nec sibi par habet remedium extinguendis Urinæ Ardoribus, etiam præsente calculo in Vesica etiam in senum stranguriis; Putrefactionem impedit, dissolvit Mucilagines, arenas pellit. *Ib. n. 31.*

Sal marinus difficulter exhalat, quia facit in conservationem Elementi.

Hispanicus propemodum halituoso sale caret, validior est, magisque arcet *Dulech. Lotharingicus* è contra

tra abundat halituoſo Sale, partimq; aceſcit in ſtomacho. Non eſt purior vel defecatior Sal, quam qui à Myria ſuilla recoctus eſt.

Regulæ quædam Chemicæ.

TRansmutatio Eſſentiæ præſupponit transmutationem Materiæ *cap. 4. n. 8.*

Corpora non reſolvuntur per corroſivorum calcinationes: Niſi intercurrat impreſſio fermentalis per putrefactionem, quæ præcedit quamlibet ſolutionem. *Ibid.*

Qui norit Aurum deſtruere, novarit itidem conſtruere. *n. 9.*

Corpora non agunt in corpora, per naturalem corporis actionem: Sed quicquid corpora invicem peragunt, fit ratione ponderis, Magnitu-

 dinis,

dinis, Duritiei Figurarũ & Motuum: inserviunt enim Mathesi vix Physicæ, *n. 11. & 12.*

Corpora, quocunque semel modo fuerint colliquando permista, manent tamen in pristino sui esse; Nisi per ignem vel fermentum transmutentur. *n. 12.*

Corpora nil operantur in spiritus, sed hos saltem determinant patiendo. *n. 12.*

Mercurii actio est absque repassione essentiali suæ substantiæ. *n. 14.*

Spiritus agendo defessi degenerant in novum Ens. *Ibid. n. 14.*

Operatio omnis, ad transmutationem utriusque (agentis scil. & patientis) tendens, inter meros tantùm spiritus consistit. *Ibid.*

Salium Corpora suos invicem combibunt spiritus, & spiritus invicem rodunt corpora. *n. 16.*

Penuria Scoriæ, seu stercoris liquidi

di in Urinis, Lithiasis facilius concrescit. Ejus semedium à priori est, confortasse fermentum Fellis. *n. 21.*

Salis Marini spiritus est diureticus, & simul lenit stranguriam, quibus calculus in Vesica volvitur; Verum etiam calculos Renum minuit, si ultimo igne reverberii destilletur. *cap. 5. num. 18.*

Lapides Fructuum, puta Mespilorum, Palmitum, Persicorum, volatilizantur absque omni capite mortuo, postquam in lacteum rediere succum, & quidem absque destillatione separativa. Hoc remedii genus restaurat sicut Aroph præservat: Estq; restauratio, inclinationis susceptæ obtruncatio, Præservatio autem futuri præcautio, per impedimentum Materiæ disponibilis, *c. 7. n. 21.*

Lithiasis vera autem sanatio utrumq; includit, inque ea primatum obtinet *Ludus Paracelsi. C. 7. n. 22.*

Qui optime contusus, calcinatus, & usque in Olei formam bullitus (quod unico vocabulo vocat Altholizoi correctum:) aut apertius, Teratur *Ludus* in pulverem, in Mortario & sub Pistillo; Dein sub Cote in silice iterum; Tum dein calcinetur. Non quidem igne torrido; sed addatur illi *Sal Circulatum*, (de quo Paracelsus *lib. d. Renov. & Restauratione*) & destillato inde Sale, dicitur *Ludus calcinatus*; quia pauco horarum binarum labore, totus erit conversus in Salem. *Ludus* sic calcinatus & in Salem redactus, sibique æquiponderans sua sponte decurrat in loco humido.

Istud autem Sal claudatur, hermetico sigillo, in ovo colli longi, & in arena bulliat continuo igne secundi gradus, donec totus ludus in pari suo pondere, steterit instar Olei crassioris

ris super aquam, quam ex Aëre cellarii hausit.

Tunc enim totus *Ludus Sal* est volatile, in forma salis oleosi resoluti, habetque aliqualem Urinæ gustum: Ideoque per Urinam cum potu vadit integris viribus, atque dissolvit omnem Calculum, ubicunque in corpore delituerit: Quia est Sal volatile, resolvitur in humido, nec separatur in digestionum officinis. Dosis ejus est gr. 14. usque ad 20. cum tantillo aquæ simplicis destillatæ: Et Calculus mediocris magnitudinis, in Vesica, resolvitur in pineoli magnitudinem duabus potissimum hebdomadibus, *c. 7. n. 23.*

Hispalensis Salis Spiritus, extremo reverberii igne una cum terra Figuli destillatus, mane singulo bibitus, cum Vino albo, pridie è vase deprompto: Senum mortales tollit strangurias, totusque diureticus calculum è Rene

decidentem, justoque majorem, per aliquot menses in Vesica moratum, minuit, tandemque excernit.

NB. Paratur vero è Sale primum fuso, & per ignem liberato à sorde extravaganti, mox tuso Sale, & inter Raphani nummulos resoluto, rursusque tandem exsiccato, cum pari terræ figulinæ destillato, acri igne reverberii, debitoque modo, ne quid expiret. *c. 7. n. 28.*

Remedia adversus Dulech potentur jejuno stomacho, absque hesterna Cœna NB. *Ib. n. 29.*

Liquor ex Vesica Embryonis Tauri, vel melius Hirci, valde conducit calculo singulo mane ad uncias circiter binas, cum totidem Vini albi bibitus, *Ibid. n. 30.*

Cancrocum oculi rarissimum præbent diureticum etiam vulnerarium ac febrifugum; modo resolvantur in pristini lactis formam. Nihilque est vulne-

vulneratis vel post partum Matribus, aptius quam remedium horum Lapillorum. *C. 7. n. 32.*

Aurum Horizontale est Mercurius, dum factus est diaphoreticus, dulcis ut Mel, instar Auri fixus, est Aurum in suo Horizonte: tantoque est in Medicina Auro nobilior; quantum Perla Orientalis Scotica.

Sulphur Veneris, post separationem sui, à suo corpore, ac resurgens, fit Sulphur quasi gloriosum, tingitque ideo ♀ Mercurii (quod in pulverem Joh. de Vigo per sulphura mineralia corrosiva est extraversum) immediatè, se seque toto inseparabili mutuo amplexantur: Statque tum ideo vis amborum sulphurum extime: Hinc virium consertione *Mercurius Diaphoreticus*, inde resultans, perficit unisonum medendi, in cunctis, quæ tam Physicus quam Chyrurgus optare queunt, *c. 8. n. 4.*

Ignis

Ignis Veneris non est ſpiritus vitrioli utcunque exquiſite rectificatus; ſed est *Sulphur Cupri volatile*, in forma Olei viridis, melle dulcius, & à corpore ☿li ſui Cupri planè ſeparatum: Reſiduum vero Cuprum manet album, nec unquam ærugine virideſcens; neque amplius de numero 7. Metallorum: quia evaſit novum Metallum Anonymum. Non autem poteſt haberi *Ignis Veneris* niſi cum plenaria Cupri deſtructione, corporisq; ☿lis ipſius Veneris volatilizatione: Quod quantumcunque ſit volatile in forma Olei; facili tamen negatio poſtmodum iterum reducitur in Metallum album ignotum, atque ſub Malleo extenſibile. Sed ignis, ſive ſulphur ♀ non amplius reducitur in Metallum per ſe, *Ibid. n.5.*

Pars Metalli ſulphurea non poteſt ſeparari à ſuo corpore ☿li ac metallico, niſi per ejus totalem deſtructionem

nem, quæ ideo Elementalis vocatur, *num. 6.*

In Metallis sunt duo sulphura; Unum vocatur externum, aliud internum: In propositis autem Cupri terminis, contemplare internum istud, quod in albo anonymo ac ☿ metallo, corpus fixat & coagulat, efficitque sub malleo ductile. (☿ enim absq; sulphure nunquam in Metallum coagulari potest) Externum verò Veneris sulphur, esto Oleum illud viride dulce, quod iterum in Metallum in se abstractum cogi nequit. *n. 6.*

Cupri ☿ etsi totus factus sit volatilis; quia vero non spoliatur sulphure sui interno, ideo iterum reducitur in Metallum album & malleabile. *num. 10. ad fin.*

Mercurius Auro est simplicior, majori & anatica identitate constructus; quia in ☿ non est reperibilis di-

diversitas, qualis alioquin in Tinctura Auri, hujusque Albedine. *Ib.*

Victriolum, est sal minerale acidum, Embryonati sulphuris, immaturus partus, *n. 12.*

Differentia Bonitatis ejus, consistit in puritate Salis, non autem in opulentia ac saturitate Cupri (loquendo ut Medicus non item ut Mercator) Differt quoque propter commistionem peregrini: si forte in pyrite seu vena Cupri accedat vena Plumbi vel maligna Arsenici participatio, & sic fit nocuum vitriolum hoc.

Lazureus Vitrioli color plerumq; præfertur viridi sed facilimo negocio *Simplicium Impostores*, ex viridi ⊕ lazureum mentiuntur. *n. 14.*

Alii cum Paracelso in medendo extollunt commendantque, quod ex ♀ copia censetur ditissimum, adeoq; cunctis præferunt, quod ex ipso Cupro conflatur. Ideo qui candenti

aut

aut liquato Cupro 🜊 inspergunt, magnoque labore ejus æruginem sollicitant &c. Paracelsus autem optimum in medendo 🜖, per Cupri Laminas, sale communi atque 🜊 stratificatas cæmentando parat.

Recentiores hinc seducti, bracteas Cupri per spir. 🜊 aut 🜖 vulgaris, iterato destillant, donec plane nigræ sint atque friabiles, quæ demum liquescunt in ▽, fitque cœrulea, quæ coquendo inspissatur ac in frigore concrescit vitriolum. Sic hodie adulteratur, quod pro Cyprio venundatur, *n. 16.*

Scio & Comperio cum Pace Paracelsi, 🜖 è ♀ factum, longe ignavius esse, medendo, quam vulgare, quod caret suspicione miscellaneorum. Comperi 🜖 è ♀ factum longe pauperius esse fossili. Item fossile, cui plurimum ♀ inest, in medendo ac distillando pigrius esse vulgari. *c.8. n.16.*

Spi-

Spititus ejus, qui insuper paucus & ignavus, non est nisi acetum minerale, privatum Aporrhea Cuprei sulphuris.

Partes ergo venæ cupreæ à natura metallica procul remotæ, ac primo Enti viciniores, tribuunt ⊖-lo vim medicam, factitio Calchanto denegatam. ⊖- enim vulgare ac vile, ad minimum toto octiduo suam spirat exhalationem, utcunque flagrantissimis reverberii flammis urgeatur. Quo ergo vena liberior ab aliena malignitate, viciniorque fuit primo enti Veneris, remotior nempe à Metallica constitutione Cupri. Eò sal ejus propria sponte innatum, illiq; colliquatum, ⊖- profert inculpatius, spiritusque ditiores suppeditat, medendoque aptiores. *Ib. n. 18.*

Modus destillandi optimus ad longum describitur. *c. 8. n. 19.*

Pari-

Pariformis est modus destillandi spir. ⊖ marini, ⦶, atq; similium.

Vitriolum in se habet terram Colchotaris, cujus loco cætera ⊖ requirunt terram figulinam exsiccatam, sibique exquisite admistam. *Ib. n. 22.*

Spiritus ⊕ hic edoctus sanat morbos aliquot Chronicos. Et hic supra descriptus atque sic rectificatus, quatenus volatilis & salsus, pergit in quartam usque digestionem, resolvitque Excrementa morbosa in itinere obvia, & per consequens etiam tollit causam occasionalem plurium morborum chronicorum.

Ignis ♀ non nisi per omnimodam destructionem Metalli, separationemque depromitur. Et hoc faciendum via longè occultiori. Cupro verò dives ⊕ destillationi minus est aptum, quam commune; funditque spiritum aceti mineralis salis.

At non Cupri liquamen volatile.

Hinc

Hinc♀ ♀ recte vocatur ſulphur Philoſophorum ad vitam longam aptum. Dulce guſtu non acidum aut acutum. Ideo ſpiritus ⊕ venales ac uſitati, non ſunt niſi Acetum minerale, adhuc in ſe adulteratum. Reſiduum vero Colchotar eſt vi Medica ditiſſimum. Iſaci Holandi præparatio ⊕; aliorumque modernorum, non miſit ſagittas ad verum ſcopum. *n. 21.*

Liquor Betulæ, Bircken-Safft / è vulnerata cortice, ſuperioris ad ſpiſſitudinem ȝ. digitorum Rami, inciſi ad ſemidiametrum, inditaque lanà repleti, manans, guſtu ſubacidulus & non ingratus, 3, vel 4. cochlearibus aſſumptus, etiam in ipſo Lithiaſis fermento afflictos ſolatur; Eſtque merus Lithiaſis Balſamus, ac Medicamen à Natura promiſſum, per vulnera ſollicitatum. Quapropter tenellos, ſubnigricantesque ramulos (unde ſcopæ fiunt) qui tumentes gem

gemmas nondum frondoſas habent, ſuper lapidem vel incudem malleo conquaſſati ; Concoquantur Aquæ ad Cereviſiiam fabricandam deſtinatæ ; Cui cereviſiæ ſi poſtmodum Dauci ſemen aut Beccabunga aſſocientur, præſtant effectum ad Lithiaſis præcautionem optabiles, potentioresq; adhuc, ſi iſti cereviſiæ liquor iſte Martialis è ſuperioribus ramis collectus, infuſus eſſet, poſt ſedationem maximam ſuæ ebullitionis, quã Vina & Cereviſiæ in Cadis ſponte tollerant.

Ejusmodi Potus laxat Lithiaſis dolores & contracturas, tam in lumbis, quam inteſtinis (hinc n. unica Lithiaſis etiam colicos dolores ſuſcitat, non minus, ac ſi fomes ejus inteſtinis ineſſet) itemque Dyſuriis, Stranguriis, etiam ſenilibus. Calorem item Jecoris, velut ex adacta ſpina oriundum, primùm mitigat, ac dein tollit, ſol-

ſolvit quoque ligationis incantationes Sponſorum. Denique Stranguriam cruentam cum crudeli afflictu, incantamentis ſimiliter ortam. *cap. 8. n. 25. 26.*

Cruciatus Torturæ eluſit prædo hauſtu Aquæ Vitæ & Allii fruſto; quibus tandem carens faſſus eſt ſua crimina. *c. 9. n. 22. fin.*

Lepræ Stupor ac inſenſilitas, eſt in carnis habitu ac nervis ſubjectivè; non autem in imaginationis orbita.

Effectivè autem ac occaſionaliter in quodam Veneno. Eſt vero illud venenum, cruentum anodynum, glaciale, ac propemodum mortificans, horrendo ac fœtido contagio communicabile, ac emanans. Incipit autem hoc Venenum glaciale ab extra: ſentiuntque ideò internos dolores; itemque frigus externum, & calorem; non tamen vulnera aut ictum. *Ibid. n. 23.*

Le-

Lepra respicit spiritum influum maxime, veneno anodyno glaciali, *n. 25.*

Lues Veneris vero, veneno inquinãte informis, cruorem præcipue affectat veneno mordaci purulento ac putrefaciente, *n. 25.*

Psora ac *Scabies* multiplex est, inficit pellem duntaxat; sic ut cutis nequeat alimentum sibi deputatum in propriam vertere Alimoniam, sed pleramque ejus partem in salsum contagiosumq; Ichor traducat; quod est de proprietate salis pruritivi atque urticalis &c. Idcirco scabies non postulat interna remedia, sed sola topica, quæ istud pruritivum sal sunt enecando. *n. 24. 25.*

Caduci Venenum est cum adstrictione inebriativum, soporativum simulque syncopizans, nec ideò contagiosum, quia intrinsecum nec fermentale. *n. 26.*

Lepra Venenum habet anodynum non quidem ſoporativum, ſed glaciale propemodum mortificans, cum infectione ſpiritus ſenſitivi, ideoque potenter contagioſum, præcipuè in regione fervida ac ſudorifera. *Ib.*

Eſt autem difficilis ſanationis, propter contagium glaciale ac ferme mortificans, ſpiritusque ſenſitivi oppreſſivum. *n.* 27.

Lepram nemo Mortalium curavit unquam, qui non potitus fuerit liquore Alcaheſt: qui ſit tædioſiſſime præparationis. Nemo etſi artis gnarus fuerit, ad conſecutionem perveniet unquam, quem Altiſſimus ſpeciali dono, non eò deduxerit. NB.

Particulari enim Privilegio ſit oportet Electus ac dotatus, ſi potiri illo medio debeat. Per quod ſcil. tã ſenſitiva, quã inſenſitiva ſublũaria æqualiter penetrantur usq; in radicem ſeminalem atque intrinſecam primi

entis

entis: Idcirco etiam cuncta sub se domat & commutat, absque reactione patientis, agentisque depauperatione. *n. 27.*

In 🜿 *Vitrioli* est somniferum saccharinum, quod suavē adportat somnum, cum principalium facultatum restauratione. Simile est in sulphure. *c. 9, 86.*

Spasmus omnis est Blas vitale musculorum ex Archeo innato suscitatum; cujus occasio est malignum aliquod irruens in Archeum, Musculorum vitæ insidians. *c. 9. n. 128.*

Ex Tractatu de Febribus.

VEnæsectio in Peste exitialis est. Tract. de Febr. c. 2. n. 28.

Pleuriticorum cruor est instar vini rubri, cui grumi Lactis confluunt. *Ib.*

Non licet *Hydropem* per paracenthesin unica affatim vice educere: ut neque Pus, è grandi Apostemate totum elicere. Nec conglaciatum præ frigore, immediatè ad Hypocaustum deferre; neq; fame pene extinctum affatim alere, *c. 4. n. 22. in fin.*

Pleuriticos sanabat rusticus tertio potu, colaturæ stercoris Jumenti pro viro, & Caballi pro Muliere, *cap. 4. num. 42.*

Aquæ distillatæ communes non sunt nisi herbarum sudores, non autem sanguis illarum; sunt nempe Aquæ pluviæ viridium & recentium, non autem liquores Herbarum Essentiales, quæ totam rei Crasin & saporem referant, *cap. 8. n. 1.*

Decocta Stirpium, cum contineant Gummata & Mucilagines simplicium, febrili stomacho Negotium, Nauseas, Eversiones, aliasque Molestias parant; Idcirco etiam cum ex-

cre-

crementis se jungunt, & sequestrantur, postquam exhibuerint omnes anxietates, nec quicquam eorum ad loca affecta vitalesque agros, intro defertur. *Ib. n. 3.*

Perlæ, non sunt ejusdem duritiei cum Gemmis Cristallinis, sed de Regno Animali, continentque Dotes prætiosissimas, nec poterunt non egregiam largiri opem. Etenim Margaritæ sponte in Columbino stomacho resolvuntur, at in nostro ne quicquam tolerant sive comminutæ pulvere tenus sive solutæ bibantur. *n. 7.*

Vera Margarita non habet intus farinaceum atque dissimilarem à suo cortice pulverem; sed totum Perlæ corpus ad centrum usque meræ sunt pelliculæ invicem incumbentes, tanquam substrati cœparum cortices. Ac nullatenus resolvuntur per acida aceti stillatitii succive Limonum. *n. 8.*

Archeus cit rigores febriles, frigo-

ra & calores. Non autem materia febrilis peccans: sic enim in Ossium exarthrosi statim quatiunt dentes & rigores nascuntur, *c. 9. n. 4.*

Omnis motus tam in sanis, quam in ægris, immediate proficiscitur constitutive & efficienter ab Archeo, occasionaliter vero à causis occasionalibus. *Ib. n. 10.*

Fel regulariter Chylum stomachi acidum commutat in salsum, in Febribus autem præpostero negotio succum jam convertit in amarum, *num. 14.*

Diaphoretica sola sunt Febrium appropriata & specifica remedia. *n. 18.*

Saponaria & *Lixivialis* medela extinguit *Erysipelas. n. 19.* Ut & Lixivium forte *Gangrænas* profunde scarificatas potenter sistit: Eò quod in lixivialibus omne acidum commoritur. *n. 19.*

Pal-

Palpitatio Cordis quoque otiosos, atque Vini Helluones exercet: prout etiam Artistas diu multumque circa Aquas fortes occupatos, *n. 20.*

Febres continuæ ab intus detenta aciditate, similiter primum rigent, & in finem sive consumptionem usque postmodum æstuant, *n. 20.*

Spirituum in Spiritus Crasis est potentissima & vernaculum symbolum, *n. 22.* Hinc vita vix ad quadrantem horæ protrahitur, dum contagium invadit spiritum. *Ibid.*

Febris Diaria, quæque Ephemera dicitur ab unius diei duratione, sedet in stomachi Cavo, & plerumque ex vitiato cibo: quare & à vomitu vel peracta digestione sponte cessat, *n. 23.* *Item c. 10. n. 8.*

Febris tabida sive *Hectica*, est quædam quotidiana Diaria, à corrupti cibi parte, mox sumtis cibis repetens: Nam etsi appetitus perstet sospes, e-

dantq; ut lubet, ſaltem Corruptor in Pulmone non ceſſat aut feriatur, quin continuo transmutet cruorem in flava, dura, ſpiſſa, & quandoque cinerea phlegmata. Sub quo corruptionis labore avocat ſpiritum à muniis digeſtionis, fitque aliqualis corruptio ſemidigeſti. *n. 23.*

Os Stomachi ad imaginationem movetur potiſſimum. *n. 29.* Somnus, Sopor, Coma, Catochus, Catalepſis, Vertigo, ejusque generis accidentia ab ore ſtomachi promanant: Oſcitatio vero eſt ſomni prænuncia vel pediſſequa, ideo eidem parti Oſcitationem tribuo: Nam incola Phantaſia primorum impetuum ibidem habitat, cordisque nomenclaturam ideo ſuſcepit. *29.*

Febrium continuarum ac *intermittentium* ſedes non differt; ſed illæ febres variant, non commigratione locorum, aut ex natura diverſorii; ſed

ſed ſolius materiæ occaſionalis ergo. *c. 10. n. 1.*

Febrium nidus in primis eſt officinis: extenditur ſcil. à Pyloro per duodenum, & vaſa ibidem multiplicia, inteſtina item, venas Meſenterii, Lienem uſque ad Hepar. *n. 3.* Proximiores autem Ori ventriculi, ſunt eò moleſtiores, ſuisque anxietatibus magis formidandæ. *n. 4.* Dicunturque *Cauſus* & *Synochi.*

Quartana ſola in ipſo ſplene, venisque ſibi contiguis, hoſpitium delegit. *n. 6.*

Maligna verò *ſola*, aliquid putridi peculiariter ſibi vendicat circa orificium ventriculi: ſunt autem tanto pejores, quæ non in ejus concavo, ſed in convexo ſederint, eò quod non niſi extraordinarium Arcanum ad iſta pertingat loca: Ideo Caſtrenſes & Epidemicæ omnes cæteris ſunt pervicaciores, ac plerumque citra ſitim.

 Hu-

Hujusmodi enim Febres de foris
tum contaminant, ultimum ſt
chi nutrimentum afficiunt: qu
vera quā diu vivitur perſpirabile
exſpirabile eſt totum corpus,
Hippocratem. *n. 7.*

Peſtis à cæteris malignis diſt
hoc, quod cum nō ſedeat in for
febrilibus, ut neque in cruore, a
tantum ſpiritum vitalem ſui o
ob id quoque intret & exeat ne
rio cum aëre poros diaphra
tis, &c. Unde mox vomitus, C
lalgia, ſopores, deliria, ſyncop
quæ vitiati Oris Stomachi
nium conſequuntur. *n. 8.*

Febrium cauſa occaſionalis, &
teria prior eſt: In ultima Ali
digeſtione, dum partes ſolidæ
ſanguine aſſimilare nutrimen
contingit perſæpe degeneres fi
terationes, & velut abortus p
ſteros. Hoc ergo degener ali

tum, varias ſubiens ſuæ mutationis abuſivas teſſeras, diverſas quoque Febres gignit. *c. 11. n. 5.*

Altera Febrium occaſionalis cauſa eſt; quod Venæ Meſaraicæ trahant ex Ilei inteſtini extremis, hisque cognatis groſſioribus inteſtinis, ſcoriam ſeu ſtercus liquidum, Ens hactenus Anonymum, Urinæ incommodis reſiſtens, quo tinctæ Urinæ non tam cito lapideſcunt, atque aquoſiores. *6.*

Delirii & *Amentiarum* ſagittator, habitat in præcordiis juxta Hippocr. cui vena in Hypochondrio fortiter pulſat, is mox mente alienatur: hinc in ſcholis vocatur paſſio hæc Hipochondriaca. *n. 13.*

Delirii remedium proinde non adhibendum eſt capiti: ſiquidem id ſemper eſt ad poſterius, ad tela vibrata, non autem ad ſagittatorem medelam adplicuiſſe. *Ibid.*

Si *Scoria* obliquè alio feratur (quæ recta ad lotium, naturale ſibi emunctorium) fit Febris continua. Alioquin alimentum in via digeſtionis ultimæ degener, plerumque mitius eſt atque inſipidum, ideo intermittentes dat, & longiores, quatenus glutinoſior eſt illarum materia. Atrocior verò eſt Scoria; atq; ideo crudeliores Febres continuas ſuſcitat, citiusque ad periodum aſpirantes.

Duo verò hæc Excrementa, ſive ambæ cauſæ occaſionales cum cōſpiraverint, Spurias, Hepialas, Hemitritæas, Seſquialteras & Erraticas Febres proferunt. Potentioribus ergo inciſivis egent intermittentes, quam continuæ, quia pertinaciorem, magisque glutinoſam materiam occaſionalem habent, vaſis quæ intus adnaſcitur.

Sin autem alimentum iſtud ſupra Hepar degenerat, Apoſtemata varia ſuſcitat, non autem febres primarias: quia

quia & in Phlegmone cruor, vel alimentum solidorum, in pus degenerat, Febrim quoque necessariam advehit. Cumq; ad ultimum devenerit, minor labor & dolor. Prout & per continuas, tum Crisis vel abscessus instat. *n. 14. 15.*

Medicus verus ante Crisin morbum superare debet: ideoque nec Crisin expectat, nec optat. Insidus autem; postergata naturæ intentione, Crisin vel impedit vel dilatat. *n. 18.*

Coctio quæ in Febribus expectatur, est tenacis materiæ incisio & abstersio: Materia febrili semel facta fluidiore, non supervenit illi nova cruditas. *n. 19.*

Cibis non sunt miscenda Medicamina herbacea. *c. 12. n. 2.*



Diæta Febrium.

Cap. 12.

F*Ebrientes potent*: Nam ſi I
ſit calida & ſiticuloſa, priv
potu humectante, cruorem (ſe
midum innatum aut radicale. *S*
populatur, & ſolidarum partiu
menta cum viribus. *Ib n.3.*

A Carnoſis abſtineant; la
namque febrientes, quia Caro,
Piſces & Juſcula facile cadavera
ac minimè nutriunt. *Ib. n. 4.*

Satisfaciunt tum potiſſimur
reviſiæ tenues, vino nuptæ, q
panis admiſcetur, prius ſeparat
aqua coctus uſque in collam ve
cilaginem: Et hæc ſumantur fr
cruda & non cocta: ſiquider
quendo deperit potibus, non a
accreſcit illorum virtus. *n. 6.*

Quotquot modicè utuntur

in febribus, facilius convalescunt, vires conservant, & in pristinum ociùs restituuntur. *n. 7.*

Medici nomine indignus est, qui Febrientem non restituit ante quatriduum. *Ib.*

Pestis est febris atrocissima & celerrima; quæ absque venæsectione & purgatione, solis sudoribus & Vini meracioris potu solvitur. *Ibid.*

In Peste requiruntur sudorifera cum Alexipharmaco contra Labem Veneni. In cæteris verò febribus, Diaphoretica, quæ incidunt, dissolvunt & abstergunt. Et utrobiq; hoc per calida proficiscitur. *Ib. n. 7.*

Vinum peculiarem habet indicationem: non solum quia vires addit, quibus natura exosam materiam domat; verùm insuper quod sit plaustrū medicaminum conveniens:

Est enim Nuncius qui vias novit,

itineri accinctus, charus intimis, & admissus in penetralia. *Ib.*

Lethales ac pessimæ *Febres* vix calent; omnisq; Febris circa Mortem absque calore est. *n. 8.*

Febrientes aquam calidam non appetunt, nec sitiunt tepidam. Frigida autem in gradu remisso admittenda est, in status summo calore, nec metuendum de comixtione extremorum. *n. 8.*

Febrium stationibus aliis, nec frigida, nec affatim potanda aqua. Et nunquam sitis toleranda, ne quidem subter sudorem; & tum potus calidus esto. *n. 8.*

Aqua è sabulo scaturiens simplex & optima est, & sumenda de fonte ipso: Quæ autem per canales decurrit, vel è lutoso fonte scaturit, jam mixtæ malignitatis est particeps. *n. 8.*

Infectis Aquis utatur nemo, neque ullo

potu frigido in Peste & Malignis.
ı. 8. *in fine*.

Febris Essentia.

Cap. 13.

DEfinitio Physica constare debet causis, Materiali & Efficiente terna sive seminali. *n. 1.*

Morbi non habent Ens seminale onstitutivum, eò quod non sint ena primæ Creationis; sed à prævariationis maledicto inchoati: sed loo seminis, ipsis est ens occasionale, ınde excitantur. Quo cessante cessat quoq; Morbus. *n. 3.*

Item *Morbi* non habent in se radicem essentialem permanentiæ & stabilitatis sicut habent cætera Entia, quæ seminibus suis constant atq; subsistunt: Quia revera omnes consistunt in vita. Hinc in Morbis cuncta pen-

pendent à causa occasionali in agrum vitalem inserta. *n. 5.*

In Febribus universis, est unica Archei accensio sive indignatio, unde in Essentia & Nomine Febrili conveniunt: solum autem per causam occasionalem distinctæ: Materia scil. & hospitium Febres distinguunt. *n. 7.*

Probo Medico, magni non est momenti diversitates Febrium, juxta Materiæ proprietates & loca curiosè indagasse.

Sufficit novisse generaliter hic arcte determinata. Totumque Medentis studium sit invenisse remedia, apud quæ omnes Febres ejusdem sint pretii & ponderis. *n. 8.*

Febrium omnium Sanatio perfecta. Cap. 14.

FEbrilis Materia occasionalis in

Di-

ıria edulium corruptum, eſt excre-ntum, non quidem putridum ıſi in malignis, quibus adhuc pu-do eſt in fieri eſſe) ſed peregrinum oticum non vitale, contra natu-m detentum, adeoque in alienam eſſem delatum, Ideoque hoſtile rcheo. *n. 1.*

Vomitiva & *Laxativa* tantum ſa-ant per accidens; quatenus ſcil. ad imulationem unius, alterum, pro-ıum ac vicinum, una exturbatur. *ıum. 3.*

Febrium occaſionalis Materia, or-dinariè non reſidet in concavo ſto-machi aut inteſtinorum; quia ſunt ſentinæ, & loca expulſioni appropria-ta. Niſi fortaſſis in Diaria, Cholera, Diarrhoea, Dyſenteria, aliisque ho-rum Canalium Febribus ab adhæren-te materia proritatis. *n. 3.*

Unica Falce amputatur omnium Febrium cauſa occaſionalis. Id re-

me-

pendent à causa occasionali in agrum vitalem inserta, *n.5.*

In Febribus universis, est unica Archei accensio sive indignatio, unde in Essentia & Nomine Febrili conveniunt: solum autem per causam occasionalem distinctæ: Materia scil.& hospitium Febres distinguunt, *n.7.*

Probo Medico, magni non est momenti diversitates Febrium, juxta Materiæ proprietates & loca curiosè indagasse.

Sufficit novisse generaliter hic arcte determinata, Totumque Medentis studium sit invenisse remedia, apud quæ omnes Febres ejusdem sint pretii & ponderis. *n.8.*

Febrium omnium Sanatio perfecta. Cap. 14.

FEbrilis Materia occasionalis in Dia-

Diaria edulium corruptum, est excrementum, non quidem putridum (nisi in malignis, quibus adhuc putredo est in fieri esse) sed peregrinum exoticum non vitale, contra naturamdetentum, adeoque in alienam Messem delatum, Ideoque hostile Archeo. *n. 1.*

Vomitiva & *Laxativa* tantum sanant per accidens; quatenus scil. ad stimulationem unius, alterum, pronum ac vicinum, una exturbatur. *num. 3.*

Febrium occasionalis Materia, ordinariè non residet in concavo stomachi aut intestinorum; quia sunt sentinæ, & loca expulsioni appropriata. Nisi fortassis in Diaria, Cholera, Diarrhoea, Dysenteria, aliisque horum Canalium Febribus ab adhærente materia proritatis. *n. 3.*

Unica Falce amputatur omnium Febrium causa occasionalis. Id reme-

medium est sudoriferum, quod incidit, extenuat resolvit, liquat, abradit & simul abstergit Causam occasionalem, ubicunque locorum demum extiterit.

Estquę universalis *Febrium Medicina Diaphoretica* quidem, insensibiliter & citra sudorem, præfatos effectus patrans. 7.

Præcipitatus Diaphoreticus Paracelsi.

ISTud remedium est *Præcipitatus Diaphoreticus Paracelsi*, qui omnem sanat Febrim unica potione. Hecticam autem intra Lunæ cursum. Oretenus enim assumptus curat Carcinoma, Lupum, & quodlibet æsthiomenum Cacoethes Ulcus externum vel internum; Itemque Hydropem, Asthma & morbum quemlibet chroni-

nicum. Complet enim solus desideria Medentum, tam in Physicis, quam in Chyrurgicis defectibus. Ejus descriptio est tam in libro de Morte Rerum, quam Chyrurgia magna.

Manifestius verò paratur sic: Accipe pulverem Vigonis, propria manu paratum (nam alioquin admisto Minio est adulteratus) hic pulvis *affuso Elemento Ignis de ⊕ Veneris* extracti, cum Aqua Regis cohobandus est quinquies, sub finē augendo Ignem: nam fixatur planè: & est pulvis valde corrosivus, quidein cohobetur decies cū aqua vitæ optime dephlegmata & vicibus singulis renovata, donec omnem corrosionem secum abstulerit. Tum iste pulvis instar Sacchari dulcis est: (ideo spiritus Vini ibidem appellatur sal Taberi sive Taberzel, quod sacharum sonat) non quod in se dulcis sit, sed auferat secum corrosivos spiritus. Adeo ut residuus pulvis, pro-

pria

pria nec aliunde mutuata dulcedine, fulgeat. Nam præterquam quod ignis vitrioli ♀ sit dulcis, ipsum Sulphur ☿, tunc extraversum, est summæ dulcedinis. Fixus est pulvis iste & dicitur *Aurum Horizontale.* Sic paucis absolvitur secretum, quod Medicum nobilitat. At istud parasse pro prima vice, est ingentis operę, pendetque ejus directio à manu ejus, cui debetur omnis honos, quia parvulis revelat ejusmodi Arcana, quæ mundus nescit & vilipendet. *n. 9.*

Diaceltatesson.

Arcanum Corallinum.

Purgatio Diaceltatesson, quæ Podagram non minus quam Febres radicitus curat, ejusque vocatur Arcanum corallinum, quod paratur ex *Essentia Auri Horizontalis*, hoc modo

A ☿ vulgi abstrahe liquorem Alcahest (cujus meminit 2. de Viribus Membrorum. *cap. de Hepate*) quod fit unius horæ quadrante [Nam inquit Raymundus astantibus Amicis & præsente Rege, coagulavi Mercurium seu Argentum vivum, & nemo præter Regem scivit modum. In qua coagulatione hoc est singulare, quod liquor Alcahest idem in numero, pondere & activitate, tantum valet in millesima actione, quantum prima; Quia agit sine reactione Patientis:] Mercurio sic coagulato, absque ulla coagulantis remanentia, fac inde pulverem minutum. Et distilla ab illo quinies aquam ab Albuminibus Ovorum distillatam, atque 🜍 ☿ quod per sui præfatam coagulationem foras deductum est, fiet rubicundum instar Coralli: & quamquam fœteat Aqua Albuminum, tamen iste pulvis dulcis est, fixus, ferens omnem

fol-

follium ignem, nec perit in plumbi Examine (spoliatur tamen vi Medica dum in album Metallum reducitur) datur à granis 8. plerumque, quia purgat corpus humanum, quamdiu sordidum est, & non perfectè sanum, Sanat quoque Ulcera Vesicæ, Laryngis & Oesophagi. *n. 10. 11.*

Febrium Remedia particularia sunt salia à Cephalicis, à Majorana, Roremarino, Salvia, Rutha, atque similibus. NB. Non existimans hæc salia esse Alcalia Cinerum; sed volatilia, & quæ totam Crasin continent. Etenim sunt Diaphoretica insignia, & nonnihil temperata. Quæ si debita statione, nimirum jejuno stomacho & ante Paroxysmum intermittentiū, vel quovis tempore continuatum, potentur in vino vel aceto, sudorque proliciatur nunquam Medentem fidelem ludibrio exponent, *n. 12.*

Pe

Per Emplastrum Centenas Quartanas tutò sanavi absque recidiva, licet Autumnales. *Ib.*

In specierum febrilium familia, non raro particularia ejusmodi, universalis remedii apicem attingunt. *Ibidem.*

Responsio ad Contumelias. Cap. 15.

SI Oleum Cinamomi, Garyophyllorum Lavendulæ &c. Noveris transmutare in salem volatilem, nactus es Medicamen temperatum, efficiens quantum de istis simplicibus sperari potest, in veteri Vertigine, Palpitatione, Apoplexia similibusque. *c. 15. n. 7.*

Quamquam *Lapis Bezoar, Cancrorum, &c.* quoad solidam pulveris sui materiam, nullatenus digerantur à

ſtomacho humano; attamen illis inest Succus quidam Lacteus & Mucilagineus magnæ virtutis, exiguæ quantitatis. Qualem contigit etiam è limatura Cornu Cervini elixando extrahi. Si itaque præfatorum lapidum pulverem in Aqua pluvia vel diſtillata dudum bullias per filtrum colando decoctum à pulvere ſepares, hoc vero per Balneum diſtillando elicias, reperies tandem aliquantulum prædictæ Mucilaginis.

Cœterùm pulvis reliquus, ut elixando invictus, ita & ſtomacho noſtro indigeſtus permanet. *n. 16, 17.*

Diſſolvens eadem opera coagulatur, qua diſſolutum diſſolvitur. *n. 19.*

Quicunque medendo charitatem proximi cordi habetis, diſcite

Diſſolvens aliquod, quod ſit homogeneum, immutabile, diſſolvens ſua objecta in materiam primam liquidam; & nactus eris intimas rerum

Ef-

Essentias, harumq; dotes posse intro-spicere. *n. 25.*

Quod si autem ad istud Ignis Arcanum non pertingatis, discite saltem salem Tartari reddere volatilem, ut hujus medio vestras dissolutiones perficiatis: Qui etsi suo soluta anatice homogenea deserat, digestus in nobis: Illorum tamen aliquot vires mutuatus est, quas intro defert, plurimorum morborum domitrices. *num. 26.*

Essentia Febrium.

Cap. 16.

FEbrile efficiens internum, atque immediate Ens formale, est ipsamet vita eiusque immediata Materia ab Aura vitali (in qua hospitatur & sedet ipsa vita) pro parte desumitur & abscedit: sicque est ipsi immediata ac

Plenipotentiaria poteſtas in vitam, ſibi ſymbolo Uniformitas connexam, *num. 5.*

Internum autem vocatur & inſeparabile, quod radicaliter Eſſentialiterque eſt morbo proprium; ſecus viro, ſi tantum accidentaliter adjaceat. *n. 6.*

Quidditatis Febrilis Indago. Cap. 17.

FEbris propemodum omnis ſtatim ab ſui initio horret, aſpernaturq; carnes, piſces, juſcula, ova, & quæcunque intra ſtomachum mox corrumpi queunt: quia ſolo tepore ſponte vadunt in corruptiones ſibi proprias atque fœtores, tanquam ad terminum Cadaveris feſtinarent. Ructus enim febriles hinc fiunt olidi, ideoque nidoroſis ructus acidos ſuper-

pervenire, bonum omen portendere vult Hippocrates: eo quod fermentum digeſtivum ſtomachi (quod cuncta aceſcere cogit) rediiſſe ructu acido teſtetur. Quo alias abſente, dormiente, impedito vel ſuppreſſo, carnes, & quæ putrere parata ſunt, mox corrumpuntur. Unde dein Vomitus flavus, porraceus, amarus à corrupto Oeconomi Jure, ſuſcitatur; cui ſuffragatur ſitis concomitans pleraſq; febres. *n. 3.*

Stomachus eſt Palæſtra certaminis Febrilis. *n. 4.*

Stagma acidum Sulphuris ſitim febrilem vel reſtinguit, vel ſaltem potenter ſedat. Appetitus ergo ſubitanea Averſio, horrorq; Ciborum, potuumque faſtidioſus delectus in febribus, ſitis penè inſatiabilis, vomitus, nauſea anxietas cum ſuſpiriis, vigilia ſubinde continua, non rarus denique ſopor, vel deliria, locum ſive ſenti-

nam detegunt, accusantque stomachum, ejusve vicina. *n. 6.*

Hinc lenta pertinaciorque Febris frequenter solvitur per Appetitum rerum insolitarum; quia impressionalem Ideam Archei, atque Sigillum febrile obliterant. *n. 7.*

Pylorus (inferus stomachi Janitor) quamdiu Febris imperat, non rite fungitur suo munere. Nescitque quo fine se tam pertinaciter claudat, ac tantopere potum detineat intra Febrium sentinam stomachum: dũ ex ejusmodi detentis procreat flava & amara excrementa, quæ hactenus Fellis imagine incautos delusêre, illaque abunde elidat, frustra, ac citra sublevamen. Febris itaque habet virus, estque serpens multiceps, quod circa Pylorum, & paulo infra, hospitatur vel insidet convexo stomachi.

Etenim non rara sunt deliria ridicula,

cula, alias quoque ferocia juxta veneni illius sortem.

Sitim autem suscitat Serpens ille, sæpe quoque Angustias, lipothomias & syncopes, vel vomitus frequentes, amaros, vel etiam solius Alimoniæ impatientes & intollerantes. Vigilias continuas, harumque vicem sopores compensant.

Primo saltem introitu Fermentum stomachi, cum edendi desiderio, intercidunt statim. Hinc namque Exorbitationes alimenti male digesti, maleque distributi, itemque scoriæ sive stercoris liquidi extra orbitam alienati, vel humoris alimentarii ac spermatici degeneratio simul concurrunt: Unde stomachi Oeconomia evertitur. *n. 8.*

Sedato Archeo, mox cessat ipsa Febris, quæque materialiter ibidem peccant, facile domantur à natura, atque recedunt directè subacta. Hac

ſcil. via ſtatim febres cedunt ad appulſum alicujus Arcani: Reſiduum autem expulſionis committitur humeris Naturæ; ut ſua ſervetur Hippocrati dignitas. Quod ipſæ naturæ ſint Morborum Medicatrices.

Hæc de continuis atque interpolaribus febribus & loco illorum natalitio. *n. 8. fin.*

Sola Quartana exlex penitùs ſubiiſſe viſa, ſive extra contubernia ſtomachi ad ſplenẽ ſe porrexiſſe: Parem attamen ſibi ſervat progreſſum & explicationem ſuper Archeum loci, dum intra proprios lares, errorem digeſtionis committens, ſtatis periodis ſuos excitat furores. *n. 9.*

Malignarum, Caſtrenſium, Purpurearum &c. aliena prorſus atque inſolita admodum ſedes, propagatio ac inſueta medendi anxietas: dum ſcilicet per inſpirata endemata, locorum, paludum, mineralium fumorum

rum, hospitalium, infirmorum, putridorumque odorum hauriuntur odores, &c.

Qui dum per Pulmonem, in Thoracem penetrant, trans Diaphragma, convexam stomachi superficiem feriunt, ac suæ virulentiæ Ideam depingunt, in alimento proximè assimilando. Quod proinde degener ibidem se sistit, & Archeum Loci invitat in suos furores: unde insolitæ subsiliunt febrium Tragœdiæ, atroces nempe, pertinaces ac fallaces admodum, quia sopores, vigilias, Amentiasque & anxietates periculosiores excitant cujusque veneni obnati ibidem stimulum, diversimode vitalis Archei perturbationes suscitantur, *num. 9.*

Hinc patet, Vomitiva cur Febrim istam stomachi, ibidemque suæ mansionis signa edentem, ne quicquam sublevent: Nam etsi productum fe-

brile, vomitiva domare videatur, non tollunt tamen occasionale producens, in convexo, externoque stomachi plantatum. *n. 10.*

Nec semper à causa occasionali priore, ipsa febris profluit, dirigiturque. Siquidem ipse Archeus, etsi ab externo non solicitetur errore: tamen in continentiæ suæ peccato subinde sponte furores assumit, propriaque luxuriat libertatis insolentia. Tumultuatur enim ac leviculo errore, suæ indignationis ideas fabricat, non secus, atque ridicula sæpe de causa suscitatur. Quia centrum Mali, circa stomachum Palæstram locavit, vanæ sunt venarum depletiones, viriumque furta: Siquidem cruor culpa caret. *n. 12.*

Delectus Remediorum in Febribus desumendus est ab Arcanis, quorum primaria sunt, quæ placant Tumultum in vita excitatum: Sequuntur

quæ

quæ superant virus febrile. Augustiora sunt, quæ utrumque simul continent, sunt denique quæ famulantur expulsive, plausibili abstersione & resolutione. *n. 13.*

Spiritus Salis Tartari, (si Unicornu, Argentum, Hydrargyrum Lapides Cancrorum vel aliquod è simplicibus dissolverit) nedum febrim, sed plures affatim morbos sanat: Ille enim spiritus Alcali, ab hisce corporibus *in Salem redactus volatilem & coagulabilem* in Officina stomachi ad normam Ciborum redactus, transit in Mesaraicas, saltem per lotium isthac deportatus; & transeundo lambit, resolvitque sordes ibidem subnatas, vi exotica sibi assumpta. *num. 13. fin.*

Quartanam solitus sum depellere *Emplastro*, paucis resolventibus & abstergentibus composito: neç unquã

me fefellit: nisi quod in obesioribus tardiora sint ejus obsequia. *in fine*.

Ex Tract. Scholarum Humoristarum Passiva Deceptio. Cap. I.

FRuctus, quos vetustas credidit corpora mista, conflataque ex congressu 4. Elementorum, materialiter ex unico Elemento sunt. *n. 3. ad fin.*

Elementa 3. naturaliter frigent, nec usque in rebus est calor nativus, nisi ex lumine, vita, motu, Blas alterante. Calor in Elementis est merum Relalleum. *n. 4.*

Humiditas actualis omnis est Aqua: virtualis verò ex proprietate seminum. *n. 5.*

Siccitas est per se in Aëre & Terra: in

in Fructibus vero ratione ſeminum & coagulationum. *Ibid.*

In Natura non ſunt contraria, *num. 6.*

Sanitas opponitur Morbo, relatione integri ad defectuoſum. Remedia ſcil. Morbum tollunt, non vi contrarietatis, neque propter nudam ſimilitudinem; ſed propter merum Bonitatis donum reſtaurans Naturam adjuvando, quæ alioqui ſui ipſius eſt Medicatrix. *n. 7.*

Sanguis quandoque totus mutatur in Lac, & tum poſt ſui corruptionem ſubordinatas tantum habet 3. partes; ſerum videlicet Caſeum & Butyrum, nec unquam plures: Quandoque totus in ubere coagulatur in durum tumorem, Caſei forma. Subinde totus in pus album, flavum, ſubviride, &c. Quandoque in liquorem pungentem, rodentem, aquoſum migrat, ut in Cholera, Ulceribus, &c. Alias

quoq; in ſeroſum liquorem ſalſum totus recedit, ut in Hydrope, multisque Hydragogis:

Non raro quoque picis inſtar totus nigreſcit, ut in cruore extravenato, Gangræna, &c. Frequenter autem in cinereum atque putidum lulutum, ut in Diarrhoeis.

Alibi quoque totus cruor, citra ſeparationem Heterogenei mutatur in Meliceride, Atheromata, &c. Alibi quoque totus in flavum virus, Icterũ præfert, qualiter & demorſis à Serpente oſtendatur. Atq; in Diabete totus cruor mutatur in lotium lacteum.

Prout ſub Tabe totus migrat in ſputum ſubflavum. &c. *n. 38.*

Eſt namque Cruor nobis Aquæ inſtar, nec opus habuit diverſis ſeminibus in Hepate, ut ſit unicus æqualis humor nutritivus. Sed in culinis ultimis, ſuas aſſequitur requiſitas diverſitates,

tates, quibus fungitur nutritionis officio. Qui totus homogenealiter debet in unicum glutinosum, album ac transparens sperma nutritivum, pro partium similarium sustentaculo reduci, vel manere ruber pro carne Musculorum & Viscerum parenchymate. *n. 40.*

Quocirca constanter nego, Cruorem, quam diu vivit, aut in venis (etiam à morte hominis) detineatur, coagulari: Ac per consequens habere partes integrales disparatas, ulla sui Homogeneitate; diversitatem omnem in cruore fieri per ejusdem duntaxat interitum. *n. 41.*

Æthiops omnis cruorem habet fere Atrum, plerumque autem absq; sero. Nullus tamen eorum Melancholicus. Omnes vero iracundi. *num. 46.*

Colores, atque spissitudines, in Materia, sunt Opera Archei seminalis: Non

Non autem appositorum humorum confusa Testimonia. *n. 49.*

Vitulus strangulatus mutatur in *Apes. Mel*, si cum Rore majali, una in Gramine nocte Plenilunium tulerit, mutatur in Anguillas; cum pane autem secalitio in formicas transit.

Indusium muliebre, occlusum cum frumento, infra paucos dies abit in Mures. *n. 65.*

Nunquam ex Ente transmutato eliciuntur illa, unde in fieri esse, naturaliter constituitur. *n. 84.*

Natura est Morborum Medicatrix, eà igitur confortanda, non consternenda. Si enim Sordes primis adhæserint latebris, insistendum resolutivis & abstersivis, natura tuto satagente reliquum.

Sin vero penitiori recessu aliquid pertinacius occultiusque restiterit, assumenda sunt Alcalia volatilia, quæ instar Saponis cuncta abstergunt.

Sal

Sal Tartari.

NB.

MIrum ſane quantum *Sal Tartari* vel Unici volatile factum, non præſtiterit. Omnem enim venis amurcam detergit, & obſtruentium contumaciam, deſpergitque Apoſtematum ſuſcepta Conciliabula. *De hoc Salis* (& non Olei) *Spiritu* verum eſt illud Paracelſi: Quod quocunque non attigerit, vix alius potentior perveniet.

Externa autem tam topicis, quam internis vitalium poteſtatum ſuppetiis curantur; modò per Diaphoreſin, Cruoris clarificationem, balſamique novi tincturas, ac redintegrationes intendatis.

Majora autem Arcana ad remedii univerſalis faſtigium quodammodo aſcendunt. *ad fin. cap. 1.*

Cap.

Cap. 2. Nullum est Ignis Elementum, Ignisque Culinarius sive Artificialis non est substantia.

Omne sublunare visibile, materialiter non componitur ex 4. ut neque ex 3. Elementis commixtis. *n. 19.*

Uronomantia.

Cap. 4.

CUm in Febribus Urinæ pallescant repente, designatur delirium futurum; idque (non quatenus bilis rapitur in Cerebrum è lotio, ut stultè à scholis) quia Stercus liquidum, quod cum Urina ire solitum erat, jam detinetur in Hypochondrio, nec lotio pro solito admiscetur. Ideò delirium ex illa sede. Unde

Amentiæ omnes Originem desumunt. Hoc solo enim titulo Demen-

mentiæ quædam dicuntur Hypochondriacæ, *c. 4. n. 13.* Nam vena fortiter in Hypochondrio pulsans denotat Amentiam futuram juxta *Hippocratem.*

Quatenus Stercus liquidum tumultuatur in Hypochondriis, *n. 17.*

Quia mors est in Hypochondrio, ubi Febris etiam tum. Alioquin delirium itidem argueret Urina aquosa in febri interpolatâ, simul ac in continua; in potatore, in Lithiasi, in vitiata stomachi coctione, *n. 20. in fin.*

Nubecula Urinarum est signum digestionis stomachi (non autem materiæ morbificæ) quod fermenta stomachi, Fellis, & Hepatis, redierint, quæ antea erant præpedita, conclusa. Unde vires recuperatum iri, est in spe Aciditas in stomacho, non est ex Ponticitate assumptorum; sed ex ipso specifico stomachi, non potest tam exacte, quicquid in se est lacteum, sepa-

parari in Jecore, quin ejus tantillum non rapiatur cum lotio ibique nubeculam faciat: Et sic nubecula signum est Fermenti reducis in stomachum. *n. 21, 22.*

Spleni data est cura stomachi, digestionique ejus hactenus præsidet: ideoque ad hoc jure obtinuit aliud fermentum acidum, quod nisi in stomachum debita inspiretur dosi, oriuntur inappetentiæ cruditates & ipse Bonlymus. *n. 23.*

Si hoc fermentum in Splene exorbitet; fiunt cruentæ & atræ exscreationes in stomachum; quod scholæ censuerunt atram Bilem; cum alioquin sit nisi expurgatio ac renovatio Cruoris alimentarii ab ipso splene. *n. 24.*

Ablata Causa, tollitur Effectus: de futuro nempe, non item de præterito, quia Effectus de præterito est productum jam per se subsistens. Quod

Quod si hactenus nunquam in scholis fuit consideratum nec distinctum, *n. 25.*

Quoties fermentum fellis pessundat fermentum stomachi, atque Pylorum vitiat, toties digestionis cruditas, adeoque & lotium absque nubecula est. In stomacho etiam subinde est amaror, ab errante digestione, ejusmodi recrementum parturiente, *n. 27.*

Sin autem illius visceris fermentum subplantatur est urinæ sedimen crassum & album, nec unquam absq; stranguria.

Quæ ideo in senibus difficilis curatu. Aciditas autem ista lotii in stranguriis, quamquam non sit manifesta, quantulacunque tamen, sufficit ad istos doloris effectus. Quod patet in Urina novellæ Cerevisiæ imperceptibiliter participante, *n. 28.*

Cum autem Hepatis fermentum nimium

nimium ſuperat ſtomachi & fellis a-
ctivitates; ſedimen bolare, in Urina
turbidâ & fulvâ: quaſi optaret ſangui-
ficari, quod iſti deſtinationi eſt ine-
ptum.

Rubeum autem ſedimen in Urina
flava, quodq; per ignis calorem facile
liqueſcit: denotat Fermentum He-
patis peregrino impedimento exaſpe-
rari, *n 29.*

Urinas per pondus examinandi
Methodus tuta eſt. Uncia pendeat
600. grana. Vas vitreum anguſti col-
li pependit grana 1354. Aqua pluvia
repletum pependit grana 4670. eo-
dem vaſe Urina Senis inventa eſt pen-
dere eodem vaſe 4720. ſive ſuperare
pondus Aq. pluv, 50. granis. Urina
Mulieris ſanæ, ætatis annorum 55. pe-
pendit 4745. grana. Urina Juvenis
ſani annorum 19. pependit grana.
4766. Alterius Juvenis abſtimii à po-
tu, pependit 4800. grana. Juvenis

36. annorum, tertianam tolerantis cum Tussi, pependit 4763. grana. Præfatus Juvenis annorum 19. cum tertiana duplici, nocte præcedente, parum biberat, pependit Urina ejus 4848. grana; quod fuit 82. granus amplius, quam dum sanus esset. Virgo, Palpitationem sentiens, minxit instar aquæ pluviæ, quæque ideo æquiponderabat aquæ pluviæ. Urina tepens, se ipsa frigida, semper levior paucis granis, ut & extensior. Sit ideo vas brevis colli & acuminati, ut ferè in puncto Urinam dimetiatur. Plura alius addet & meditabitur. n. 31.

Icterus non à flava Bile.

Cap. 5.

ICterici sunt angustiosi & suspiriosi; à prima die, in stomachi orificio

quæ-

queruntur anxietates, dejectæ quamprimum appetentiæ, anxii velut perpetua febricula conquassati, & verè morbidi, cum pulsu duro, inæquali.

Quibus qualitas qotius nocua, quam quantitas designatur. In dissectis Cadaveribus ictericis, neutrius orificium felleum erat obstipatum; Sed venæ Mesenterii (infra Jecur, & procul remotæ à Felle) cruore flavo & stercoreo scatebant. *n. 4.*

Ordine siquidem inverso, stercus liquidum atque flavum, quod inferne descendere debuisset, in Mesenterio detentum erat, atque aliud virus à causis peregrinis superne natum.

Est namq; istud stercus liquidum, secundæ digestionis proles, rapiturq; frequenter sursum: Et quamquam ictericis subinde sit Oris Amaror, non tamen illorum Urina amaricat. *n. 5.*

Tristitia non raro ortum dedit Ictero 6, stercus liquidum quoque ne dum

dum Digestivæ errore multiplicat icterum: sed & vitio Dispensativæ, ordine retrogrado rapitur in venas: quodque inferne purgari debebat, sursum vocatur mitiiturque. Ex parte verò altera, ipsum icteri Efficiens, virus parit domestico vitio. *n. 6.*

In *Ictero* frequenter Ani sordes pallent, ac pene albicant, cras deinde rursus flavent, iterumque mox inde pallent cinereè, ut pridem. *n. 7.*

Duo itaque in Ictero simul concurrunt.

1. Est Alienatio secundæ digestionis, quo Chylus pervertitur, tam qui regulariter bonus esset, & in cruorem mutandus, quam qui aliàs naturaliter in stercus liquidum intra Intestina facessit.

2. Autem est Alienatio Distributivæ & Digestivæ stomachi. Nam stomachi & intestini propria est flavedo, quæ subinde etiam à digestiva erran-

te amaricat. Ubi autem cum errore digestivæ adest vitium distributivæ; Icterus jam confluit: eò quod propter naturam in venas & corpus dispergitur; quod aliàs nec nasci, nec isthac deferri debebat, sed per sua emunctoria urgeri, *n. 8.*

Distributivæ hujus (quæ hactenus à scholis neglecta) errore, varii fiunt morbi. Nimirum *Fluxus Symptomatici, Apostemata, Aridura Partium, Oedemata &c.* præsertim in terminis *Icterus.* Stercus enim liquidum, quod naturaliter post separationem purioris Chyli, alioqui circa finem Ilei generatur, postremò & ante merum Stercus in colo intestino. Jam præcociter à jejuno intestino incipit, ac propter naturam vertitur in flavũ istud excrementum, unde illi fas scandendi in venas Mesenterii, nascitur. Sunt ideo excrementa Alvi coloris cine-

ne-

nerei, orbata ſtercore liquido ſibi naturali, & tingenti flavedine. *n.9.*

Os amaricat Icterico. Os quoque in timore amaricat cum ſalſedine: timor autem nil quicquam Imperii ſuper fel obtinuit, ut concepto pavore, effundatur in os. *n. 12.*

Icteri exoticum fermentum, aut virus, non raro totum cruorem, & carnes ipſas, per Diarrhoeam, in fœtidum atque flavum liquamen transmutat & dejicit. *n. 13.*

Etiam à Serpentis cujusdam morſu repentè quis Ictero ſuccumbit. Inde ſubſumitur in omni Ictero aliquod conſimile virus patrans latere, quod digeſtivam & diſtributivam alienet. *n. 14.*

Icteri efficiens eſt fermentum præter naturam virulentum; quod Pylorum ſic male affectat, ut digeſtiva, ſimulque diſtributiva alienentur. Sedetque virus iſtud vel in duodeno, vel

longius ab ileo communicatur. *num. 18.*

Icterus per appositos flores Chrysanthemi, Dentis Leonis, aliorumq; multorum similium; non rarò etiã per Antidota quædam, Pyloro congrua, sanatur.

Quales sunt Millepedes, Lumbrici terræ, flavi vermes inter asseres, & quę valenter abstergunt primam corporis Regionem. *n. 19.*

Nec etiam Rhabarbarum, Crocus, Curcuma, Lapatum acutum &c. curant Icterum, quatenus flava, sed illorum flavedo potius indicat destinationem, sibi esse ad detersionem veneni. Signaturæ enim produnt Crasin internam rei: non autem ipsa Crasis rem detegit. *n. 20.*

Splenis Defectus stranguriam Senum causat. *n. 21.*

Quo morbosior, mortique vicinior

nior Icterus, eò Urina est quoque rufa flavedine saturatior, *n. 33.*

Fel est Viscus præpotens in natura liquoris primigenii, apprime vitale, & summe necessarium. *n. 34.*

Cholera quicquid suo attingit fermento virulento, inquinat, & in virus transmutat absque cessatione. *n. 34.*

Icteri nidus sive officina est à Pyloro usque ad finem duodeni. *n. 35.*

Ex Tumulo Pestis.

Tr. Cap. 1.

Cujus Generis sit Pestis?

SUscepta sola tangunt Chyrurgiam. Suscepta autem sunt *Vulnus*, fodicatum, cæsum, casu, morsu, contusione, ambustione aut congelatione factum. Item omnis *Tumor* à casu Ictu, &c. proveniens. Item, laceratio, divulsio, Hernia, Ossifragium,

& dislocatio: ut etiam externe hausta contagia scabiei, herpetis, &c. & nil amplius.

Medicos vero præter retentorum defectus, curare *attinet Ulcera quævis, Apostemata* & quæcunque externa ab interno præcedunt initio. Qualia sunt *Cancer, Lupus, Lepra, Podagra, Panaritium, Ischiatica. p. 12.*

Narrat *Frater P. Boucher* Minorita in suis Orientalibus peregrinationibus ut testis ocularis. Quod quantumvis Ægyptus alioquin Pesti sit obnoxia valde; pridie tamen inundationis Nili, quotannis decidere Rorem singularem, quem *Elthalin* vocant, cujus adventu prompte & universaliter sanantur quotquot Peste decumbunt, ac sani præservantur ab ea eodem Rore. *p. 22. c. 2.*

Pestes omnes, quæ non singulariter pro flagro divinitus mittũtur, sunt vel endemicæ, vel terrore quodam fabri-

fabricatæ, quæ autem contagio hauſtæ mutuantur, ſequuntur ſemen & fermentum ſuum.

Endemica autem *Peſtis*, licet hauriatur forinſecus occaſionaliter, non eſt tamen adſcribenda Peſti, niſi Archei noſtri Terror Ideam virulentam pavoris, ab Ente endemico concepti prius fabricet. *p. 23. col. 1.*

Lues Venerea ſurrexit anno 1494. in Obſidione Parthenoplica ſive Neapolitana. *p. 24. c. 2.*

Anno 1540. ſub Paulo III. circa Autumnum in Apulia prope Tarentum prima apparuit Tarantula, Monſtrum, ab urbe ſic dictum, Araneæ ſimile, ſed duplo majus: Quod deinde manſit in ſpecie, & à Tarentino, in Agrum jam Romanum transplantatum eſt. *p. 28. c. 1.*

Anno 1550. in Auguſto Galli, primum viderunt Triticum, quod vocant roratum, ſive mellitum; in ari-

sta adhuc viridi, halecem fumatam odore referens : in matura vero nil nisi fœtidum pulverem atrum. *p.28.c.1.*

Anno 1556. Oris maritimis Belgicis primum apparuit Scorbutum Veteribus ignotum, quod gingivas & anhelitum inficit ac crura, quia & interiora obsidet. *p.28.c.2.*

Febris Castrensis non ita pridem adorsa est nostrates, contagio profundo, absque siti & calore enecans. Quoties autem Febris de stemmate antiquarum, cadit in corpus, quod actu Luem Veneream patitur, aut quandoque habuit, maleque sublatam, confestim ista febris se associat venenosis Luis quisquiliis, unde venena mutuat, quæ maligna & castrensis dici cepit : seseque propagat contagio, etiam insontes à Lue.

Estque videl. ex Febri Mare, & Lue Matre, tertium ab utroque genitore di-

diversum monstrum, ex morbis specie distinctis.

Hinc nimirum tam Febris, quam Pestis larvata evasêre, atque incognita. Sic namque Lues in Chao Febrili dispergi pergit. Fitq; Juris communis. Infelix nempe Luis Monstrum, utrique Parentum dissimile, proditorium venenum, Pestis æmulum evadit, Pestemque ipsam, novo putredinis fermento truculentiorem parit, solito. *Ibid.*

Certum est, sive à Saga, tanquam venefica, pestiferam labem alicui connecteret, sive alio modo id fiat, ac proprio Naturæ vitio, saltem Pestis inde scaturiens utrobique una & eadem est. *p. 31. c. 1.*

Hactenus omnem Pestem facio spiritualem, non quidem sagariam ob id; verum perturbationibus Archealibus tributariam ac merè naturalem. *p. 31. n. 2.*

Luis ♀ sola Gonorrhoea in testibus domicilium eligens, si per solutiva à lotii officinis retrahatur, ut per venas in alvum recidat? necessario luem in totum spargit corpus, solo isto transitu, *p.32. c.2.*

In Natura 2. saltem, nec plures sunt causæ materia, & efficiens, quam in Peste Archeum, Vulcanum sive semen appello. Pro materia non sit aliqua indiscreta Hyle, quæ nunquam exstitit, nec erit in natura, servitque Mathesi, & non speculatori Naturæ. Materiam itaque pestilentem specto, in relatione ad efficiens sibi internum:

Materia ergo *Pestis* est sylvester spiritus veneno tinctus. Et hæc materia tripliciter ad finem sibi propositum tendit: Quoniam

1. Vel forinsecus adventat, totaliterque ac perfectè pestifera, à pestilenti

lenti ægroto vel cadavere, locoque vel utenſili inquinatâ exhalans.

2. Vel cruda adhuc à fracido Gas terræ intro trahitur, quæ dein intus recipit fermẽtum appropriativum ac gradatim tandem venenum peſtilens in nobis acquirit.

3. Vel etiam totum intus noſtri exitium, materialiter & formaliter absque externo adjutorio ſubinde conficitur. *p. 34 c. 2.*

Non fit autem pluribus modis peſtis: nam vel tota intus generatur, ſine exotico auxilio: vel ab extra incidit; eaque eſt perfecta, in materia & forma veneni, ſolius appropriationis & applicationis indiga: vel eſt adhuc cruda, imperfecta ac velut Embryo. *Ibid.*

Hinc Peſtis non ſemper primario Cor invadit: vidi enim qui tangendo peſtiferas chartas, eo ipſo ſenſerint dolorem, velut pungentis acus, mox-

que pestilentem Anthracem in indici digito ostendit, & post biduum occubuit. *p. 35. c. 1.*

Pestis est *Ens*, Naturæ virus per se subsistens in nobis, constansque materia forma ac proprietatibus suis. *Ibidem.*

Sex in nobis sunt *Digestiones*:

In tribus prioribus sua retenta, suaque sunt excrementa: quæ cum singula in se suisque Regionibus sint molesta, imo per complicationem atque extravagationem odiosa evaserint, in transmissa ac transmutata degenerant, variosque inde inducunt morbos occasionaliter.

In quarta vero à quinta *Digestione* non admittitur ullum perceptibile excrementum.

At in sexta quæ est transmutatorum, plurima occurrunt stercora spontanea, errore vegetativæ: Aliqua insuper aliunde transmittuntur,

ut

ut etiam non pauca violento ſuſceptorum imperio degenerant. *Ib.*

Excrementa ergo ejusmodi, ſive aliunde in habitum corporis ſint delata, ſeu demum proprio facultatum errore, ſubtransmutando facta, ſeu denique externorum violento imperio ibidem degenerata.

Tartarum Cruoris nuncupo: non quod revera ſint Tartari, in Materia & modo Tartari Vini, ſed quia ex bono alimento jam deturpato, quod antea fœcundum erat, atque vitale, poſtea hoſtile evaſerit. *p. 36. c. 1.*

Tartarus itaque *Cruoris* eſt productum Peſtis, facileq; fit à cauſis efficientibus Peſtiferis. *Ibid.*

Sedes ejus ſeu Nidus primitivus eſt in Hypochondrio; ubi videl. prima terroris humani eſt conceptio, ſive perturbationibus externis, ſeu demum ſponte conceptorum motibus contingat. Quapropter adſunt in

Peste vomitus, delirium, capitis dolor, &c. *Ibid.*

Pestis Heteroclito modo nos invadit.

Nec ejus Materia conjuncta est aliquod solidum corpus vel liquor visibilis, at neque idcirco conspicua aliqua putredo: sed solum Gas separatum, ac degeneratum ab Archei substantia. Quicquid autem visibile, vitiatum in Peste occurrit, non est de ipsa materia Pestis, sive non materia ex qua. Sed est vel materia occasionalis, vel est productum sive fœtus in quo Pestis sedett anquam in nido.

Quamobrem Anthrax, Bubo aut Eschara non sunt materia primitiva Pestis: sed effectus ac productum, quod Pestis ipsa paravit. *p.36. c. 1.*

Cũ Tartarus Cruoris, sive ultimæ digestionis vitiatæ Scoria, susceperit fermentum pestilens, non minus quam cætera transmutata, privilegium habet exhalandi per poros sine ulla post

ſe reſidentia; ſi nempe humores fuerint Alimentarii: non autem ſi ipſa ſolidorum ſubſtantia in Eſcharam, aut Anthracem, ſit ambuſta. At ſi odorem fermenti quidem hauſerit tartarus cruoris; ſed nondum ſit transmutatus; fiunt glandulæ, Bubones, &c.

Quæ ſudoris effluvio, citra cutis apertionem non raro terminantur: ubi præfata alia id nequeunt. *pag. 36. cap. 2.*

In *ultima* & *ſexta Digeſtione* plurimi occurrunt languores, inter incurabilia à ſcholis relata, ob unicam ſolius remedii culpam, quæ defectum comitatur & accuſat. Non ſecus atq; ſagarum opera ſanatione deſtituuntur, quod negligantur remedia, quæ in mali radicem eant. *p. 37. c. 1.*

Quicquid patitur ſpiritus, vitæ ſenſusque rector; neceſſe eſt patiatur corpus; non autem contra: Quia ſpiri-

ſpiritus non eſt defectuoſus: Nam quicquid corpus patitur licet hoc idem ſentiat ſpiritus; non tamen hic contrahitur, niſi paſſio ad extremum vergat: id eſt intra vitæ radicem, ſive ſpiritum inſitum confermentetur; prout de *Colica Spaſmode. Ib.*

Tartarus ille Cruoris, Peſte ſubactus, non paret amplius vitæ legibus, ſed priſtinæ obediétiæ ſuæ pœnitens, furoris libertatem effrenem ſibi arrogat, eoque nos truculentius infeſtat, quo fidentius ſemel abdita intus Archei conſilia receperit. *p.37. c.2.*

Reſtat ſanandæ Peſtis ſpes, quod Tartarus ille, ſuumque Peſtis diverſorium difflentur debito ſudoris Exterminio, quamdiu ſcil. manſerit in ſpecie liquabilis tartari. Alioqui namque ſi partem ſolidam arripuerit, ſpes vitæ intercidit, niſi ipſa pars arrepta ſtatim ſequeſtrari queat. *Ibid.*

Peſtis plerumque in ſtomacho incipit,

cipit, ibique tartarum patrat ac inficit: in quem perturbationes suos fecere mox impetus. Nam omnis imaginatio concupiscibilis, ibi suam sedem habet, atque ideam fabricat: maximeq; circa stomachi orificium, vitales vires celatæ sunt. *p. 38. c. 1.*

Quia tartarus cruoris forma est mucaginis; Hinc Pestis idea, lubens in glandulas protuberat; stomachus namque ejusque Archeus, quia optimam imaginandi societatem in cerebrum mittit, hinc Parotides pone aures. Per Diaphragma vero in Pulmones atque Axillas penetrat, oriturque spirandi anxietas. Pestiferi autem odores in stomacho parati vomitus frequentes cum dolore capitis comitantur. Sin autem pergant ad Hepar, tùm Bubo in Inguine.

Ibidem.



Ima-

Imaginantur Mineralia & Herbæ suo modo anomalo.

Quicquid per Esse reale subsistit, quodam modo amat seipsum, quapropter etiam sensum Amici vel Hostium; hoc est commoditatum ac molestiarum suarum habet. *pag. 38. c. 2.*

Dens à Cadavere, extinctis viribus, defuncto, quemlibet dentem hominis vivi, solo attactu, marcescere excidereque, quia spernitur à vita, cogit; quod non idem præstat dens è cadavere violenta nece interempto, vel acuto mox morbo extincto.

Capillus pariter Cadaveris, spontanea sensim morte sublati, solo attactu calvos facit.

Verruca Stigmata à perturbatione prægnantis fœtui inducta, attactu ca-

da-

daveris ſenſim ac ſponte mortui, donec pars ſtigmatis intime refrixerit; ſponte etiam ſtigma evaneſcit. *p. 41.*

Tetanus Cadaveris ſive ridigitates ejus, non eſt frigoris aliqua congelatio; ſed mera convulſio Muſculorum mortem horrentium, viventium etiã poſt animæ diſceſſum. Hinc nempe cadavera eorum, qui violenta morte oppetunt; quia non omnino extinctis viribus Carnis intereunt, Tetanum præfatum non niſi dudum poſt ſentiunt. *Ibid.*

Animal Phantaſticum.

HOminum perturbationes fabricantur in præcordiis, circa Os ſtomachi.

Viris inde ad cor aſcendunt. Mulieribus autem proclivius mittuntur ad

ad Uterum eò quod Mulier destinet naturaliter inspirationes vitales ad fœtum. Adeóque omnis præcordiorum commotio muliebris continuo respicit uterum, sive adsit fœtus, sive non. Quicunque ergo mulierem deliberato animo mœrore perturbat, is illi morbum volens immittit.

Et qui gravidam infestat, Matri ac Proli officit. Hinc Puellæ circa Maturitatis annos, si conceptibus difficultatum anxientur, solent vanis conceptuum ideis Uteri parietes continuo depingere, ut plurimûm ac variorum symptomatum sibi in malaciam Authrices fiant: quoniam Uterus non impunè fert sibi tranquillitatem aufferri per peregrinas imagines. Vir autem suas in præcordiis format imagines, tam concupiscibilis facultatis, quam irascibilis, ut non immerito proinde Amentia dicatur Hypochon-

chondriaca, idque non secus atque in Muliere contingit. Sed conceptuũ ideas ad Cor & Cerebrum liberius transmittit Vir, *pag. 41. c. 2. & p. 42. c. 1.*

Imago per Imaginationem formata mox in splene vestitur spiritu vitali, eumque assumit, unde idea fortificatur ad operum exsecutionem: quilibet enim sentit circa stomachi Orificium (qua parte splen maximè sensitivus, sicut & tactus in extremis digitorum) perturbationes, anxietates & suspirandi occasiones; Ut esurienti etiam mox tollatur appetitus per triste nuncium. *p. 42. 2.*

Sic non mirum est terrorem à Peste fabricare ideam Pestis; unde pestis mox ipsa pullulat: quamvis Anima sensitiva hominis Pestis essentiam ignoret, *p. 42. col. 2.*

Cunctarum Rerum notiones sive ideæ, in nobis formantur vi Animæ sen-

ſenſitivæ: Jacent tamen obumbratæ in mente immortali, quas Adamo præſentes fuiſſe credimus, dum brutis juſta inderet nomina. Alioquin Anima ſenſitiva res alienas facere non poteſt, quas neſcit, & non habet: adeoque opus eſt ad hoc confluere mentem immortalem, perturbationibus excitam. Obſcura & difficilis admodum, via per quam Adepti, nulla librorum ope, priſtinam ſcientiarum lucem aliquam venari conce-dunt. Ideoque & laborem Sophiæ appellant. *p. 42. c 2.*

Natura ſequendo infuſam ſibi poteſtatem, profert omne ſemen ex imagine cujusdam conceptus. *p. 43. c. 1.*

Imaginatio quippe condit rei conceptæ imaginem, quam ſuis à Deo datis donis convertit in medio, quod ſemen dicitur. Sine qua videl. ima-
gine

gine omne ſemen eſt duntaxat inanis ſiliqua. *Ibid.*

Sicut prægnans non operatur propoſita mirabilia, niſi ſit perturbatione perculſa, ſilexque ſit concuſſus ad chalybem:

Ita ſemina animalium deſinunt eſſe fœcunda, niſi conjuncta ſit libidinis perturbatio, faciens deſcendere animam in ſemen, ut illud illuminet. *p. 43. c. 1. 2.*

Imaginatæ Peſtis requiſita ad Ideam.

Imago Phantaſia, ab incorporeo ſuæ nuditatis eſſe, & cogitationis ſimplicitate ſe paulatim veſtit; induitq; vitæ ſpiritum & in eo ſui productum ſeinale relinquit. Ens ſanè ad magna & terribilia facinora promptiſſimum. *p. 43. c. 2.*

Omne

Omne opus Imaginationis, quod in nobis novam generationem vel transmutationem unius in aliud producit necessario, requirit alicujus Fidei occursum, colligatæ in eodem subjecti puncto, ipsius Phantasiæ. *p. 44. c. 2.*

Venenum Pestis non solum fit ex apprehensione, & conceptu terribilium conceptuum: sed quod simul concurrat cum illis inseparabilis quædam fides, per quam territus ac pavidus quisque timendo imaginatur, creditque tenuiter, se jam aliquid veneni pestiferi contraxisse. Unde Pestis imago, per hujusmodi terrorem concepta, operans & fœcundans evasit. *p. 44. c. 2.*

Terror igitur occasio Pestis, vehit in imaginationem aliqualem fidem, timoremque se aliquid contagionis actu hausisse, sub incertitudine & Agonia ejusmodi. Quæ particula fidei, cum

cum perturbatione terroris, perficit actualem imaginem, in Archeo generandæ Pestis semen. Eo quod imaginatum apprehensum cum perturbatione, & creditum, stent actualiter in puncto Phantasiæ, proferentis imaginem in Archeum, tanquam Ens seminale. *p. 45. c. 1.*

Catula luxurians, si manum pueri lambat, eandem vesicat. Equa vero luxurians, sua pedum cornua, sive ungulas veneno imbuit. Sicut Dysentericis sint præsenti toxico: quia alias è non luxuriante, si butyro frixentur pulveratæ, confestim Dysenteriam sanant. *p. 47. c. 1.*

Si Tristitia Amentiam, Hydropem a. caducum, Ira vero Colicam, Apoplexiam, Spasmum, densaque anxietas, vel intensa nimis cogitatio furiosum vel lunaticum gignunt. Nec à ratione devium est, imaginem Pestis intro fabricari, ex Perturbatione

illius Vulcani, in quo fabricantur primi impetus. Cujus Paroxysmi, sæpe ut Amentium tolluntur, per spleneticà auxilia. *p. 47. c. 2.*

Fermentum Pestilens.

NArrant Scriptores, in vulnere morsus à Cane rabido, succrescere Vermes canino capite, *pag. 48. col. 1.*

Canis venaticus, omnium suæ Matris primogenitus, solus canem rabidum adoritur & superat. Dos ipsi est invictæ imaginationis, etiam, ut si à rabido demorsus, minime tamen rabiosus fiat. *Ibid. n. vel. col. 2.*

Cum interim omnes, per morsum rabiem contrahunt, à rabido fugiunt, nec se contra hunc defendere audent. *Ibidem.*

Omnia

Omnia venena sint in se fermentalia, quædam namque solam destruunt materiam, & spiritum simul imaginativum, unde Morbi Amentiam connexam habentes; Alia vero duntaxat spiritum affectant, ut sunt quæ rabiem, quæque Amentias & Catalepses adferunt; quæ corpus non liquefaciunt, aut naturaliter alterant, solum autem spiritum sensitivum trahunt in perniciem. *p. 48. col. 2.*

Non raro fracidus Odor, comunicatus è plantis Pedum superbam nostri staturam dejicit, privatque sensu, memoria & intellectu Epilepticos. Contagium Excrementi Hypochondriaci, subter septum, mentem promte alienat, seducitque Mœstitia, horrore, furore, amentia, febrilibus deliriis, & Lethargi differentiis, dum juxta imaginem, fermento suo innatam, nos alienant.

Terribile terroris Venenum unico

momento fulminis ictu imprimitur in belluam quã icerit, adeo ut ejus Carnium Esu Pestis deglutiatur. *pag. 49. col. 1.*

In *Bellis*, & è *Bellis*, nunc atrociores Pestes, quã præteritis seculis, quia bella pavore sæviora, plusque pavoris, & irarum minus habent, cum homo in hominem impetu iræ motus, vindictæ studeret. *Ib.*

Vita media Ciborum, nostris remanet in carnibus: Piscivoræ hinc nationes ac Carthusiani Cimicibus non infestantur. Carnes enim minus bene servatæ, ex symbolo vitæ mediæ nobis residuo, quamlibet facile putredinem nobis inurunt. Unde etiam fermentales corruptelæ in nobis inauspicato surgunt initio, Dein Carnes & Pisces, etsi mactentur tempestive, sæpe tamen in se morborum tabes continebant, quibus ubi vescimur. (præsertim si nidorem antea con-

contraxerint:) in sui sortia, facile concedimus, nobisque statim nidores, ac fracedines mumiales suscitant. Neq; enim Boves aut Oves vescuntur hominibus, nec nostram in se contrahunt Pestem: sed nos Bobus vescimur, brutalem haurimus Pestem, juxta & nostram, *p. 49. c. 2.*

Veneni proprietas est, per destructionem Archei humani, suam imprimere imaginem seminalem, in vicem alterius. Quapropter etiam hujus Veneni organum est ipsum fermentum. Hoc intellige de venenis, quæ imagine seminali tenus transmutationem moliuntur: non vero de meris corrosivis, utpote, quæ non fermentaliter Archeum, ejusque imaginem corrumpunt; sed eundem in furorem concitant, qui propriam dein materiam, sive hospitium devastat: sub cujus alterationem aut interitum, ipse Archeus quoque loco ce-

dit, cum integritate atque retentione ſuæ imaginis. *p. 5. c. 1. 2.*

Forma & Materia Peſtis.

PEſtis conſtans Materia, Forma, Eſſentia, Semine & Proprietatibus, ſuam quoque poſtulat habere, unicamque ſpeciem cum ipſamet rerum aut defectuũ eſſentia ſit individuis proxima: ſin autem vel externe adveniat, vel intus generetur, perinde eſt, cum inde Peſtis jam ſit conſtituta. *p. 51. col. 1.*

Venenum Peſtis internum atq; *formale*, quod ejus quidditatem continet, eſt ſingulare ſemper in omni individuo; quoniam Eſſe rerum conſiſtit in ſimplicitate ſuæ ſpeciei. Sicut utrobique eadem eſt ignis eſſentia, ſive magnus ſive parvus ſive quietus,

ſive

ſive follibus agitatus, ſive denique flamma rubra, flava, viridis vel cœrulea fuerit. *Ibid.*

Peſtilens itaque *remota, cruda & prima materia* occaſionalis, eſt *Aër fracidus* vel potius fracidum Gas; quæ Aëris fracedo, juxta ignis experientiam, quam Adepti permittunt, nondum habet 8200. partem corporis ſui ſeminalis. *Ibid.*

Voco autem materiam hanc primam, incorporale illud venenum fracidum exiſtens in Gas terræ. Adeoque hoc venenum tanquam materiam remotam ſubſterno, ſub alio viciniore veneno diſponente materiam Archei, quo facilius aſſentiatur, terroremque peſtilentem in ſe concipiat: ut tandem ad horum diſpoſitiones prævias ſuperveniat quidditas peſtilens formalis. *p. 51. col. 2.*

Aër in ſe eſt alterum ex Elementis primigeniis, transparens tamque

levitatis quam ponderis expers, impermutabile ac perpetuum, frigore præditum naturali, nisi situum & commistorum robore impediatur; Poris autem ubivis refertum, & hactenus extensionem aut compressionem sui tolerans. Cujus Porositates, vel replentur vaporibus, alienisque exhalatibus vel plane hiant, expertes corporis, in sui integritate manentes. *Ibidem*.

Sunt ejusmodi porositates in aëre, velut uteri, quibus aporrhææ fructuū aquæ, resolvuntur denuo in ultimam aquæ simplicitatem, unde pervenerunt, spolianturque quibuscunque priorum seminum signaturis. Sunt autem ejusmodi effluvia in aëre peregrina, per accidens & varia juxta indolem concreti, unde exhalarunt. Inprimis sunt vapores aquæ puræ & simplicis: Dein aquæ Maris salsæ, qui pluviam condiunt vaporosa sui Myria,

ria, & eatenus à corruptione præservant. *Ibid.*

Partim ergo Aëris hausta venena, vapore tenus hospitantur in porositatibus suis: partimque ipsum aëris corpus conspurcant, sine corporea commistione; prout vitrum odores concipit.

Quæ contaminatio impressionis nomen habuit. *p. 52. col. 1.*

Sunt in aëre quædam, quæ narium odore percipiuntur: alia deniq; quæ per canes solum distinguuntur: sunt demum alia omnis odoris expertia, licet non contagii.

Siquidem veneni ut talis fermentum ab odore liberum esse potest. Proinde quævis patria suos parit, patiturq; languores.

Solo quippe natura subest. Et varii patiuntur in aëre vapores, pro soli varietate. *Ibid.*

Pestis quæ non de foris, sed intus

ſpontanea gignitur, in Axillis & Inguine, rara autem pone aures ſe prodit. Hæc enim plerumque ab hauſtis odoribus proſiliit. Quæ vero maculis eſt infamis; ex interno veneno, prius ſuffocato, atque ideo peſſimo, provenit, quatenus fracedine ſuffocationis intenditur.

Quæ vero Anthraces exhibet, vel eſt fortis expulſio quæ longius, quam in proximum emunctorium jacit, vel ab attactu rei contagioſæ, vel inſpirato Peſtis veneno oritur.

Quæ ex contactu invaſit, etſi, lentior ſit, quam quæ alias univerſali de cauſa inſultat, plerumque tamen eſt lethalior: quia inſitus membro Archeus hac Peſte interimitur; & inde pars Gangrænam peſtilentem trahit; cui ſubveniendæ totalis Archeus eſt negligentior, de tuendis viſceribus cogitans, ſe intrò fugiens, recipit, per-

pergitque serpere ista Gangræna., *p. 52. col. 2.*

Pestis ab extra, ut potissimum in artubus est formidanda; ita vice versa, quæ ab intro foras sagittatur, minus involvit discriminis: quia intus nata, primaria Archeum terret, ideoque subitanea ac præpotens.

Venenum vero Pestis tactu arreptũ, postquam Archeo se insinuavit, (quippe qui vivens, ultimum moriens, rerumque intus agendarum solus Rector est) rato demum venenorum more reliquum facile inficit. Siquidem ipse Archeus semel infectus, statim terroris pestiferam imaginem concipit, eamque desertis habenis regendi corporis communicat consociis.

Denique etsi sudor in omni Peste conducat; minus tamen in illa, quæ externo contactu intravit, nullatenus

ſaltem propterea negligendus, *p. 53, col. 1.*

In Peſte ſingularis individui (à quo ſubinde tota Communitas affligitur) illic fracedo plerumque intus incipit : qua ſemel arrepta, facilius inde terroris archealis virulenta imago creditur. *Ibid.*

Celerior eſt Peſtis, quæ ab externa odoris fracedine introtrahitur, quia duos gradus (fracedinem nempe atq; mumiale ſyngamicumque fermentum) ſtatim aſſociat. *Ibid.*

Terminus fiendæ Peſtis primus, eſt Gas acidum, quod cum nequeat inficere ſine appropriationis ſymbolo, requirit alium terminum correlativum, qui eſt fermentum mumiale (ſine quo non eſt appropriatio) nimirum Archeus, Peſtis ſuſceptor; Siquidem virulenta Peſtis materia, per contagium in nos introducta non contaminat quemque niſi Archeus il-

illam apprehenderit & appropriaverit. *Ibid.*

Imago pestilens constat aura archeali, ut materia continente, cui impressum est venenum terroris Archei, tanquam efficiens immediatum. *p. 53. c. 2.*

Appropriatio sive Apprehensio, proximè consistit in reali & actuali congressu imaginis per terrorem genitæ, quam Archeus concipit ex privata applicatione, existimans hujus respectu, jam domi suæ esse potentem Hostem intra lares hospitatum. Qui panicus Archei terror, est causa immediata, imaginatione genitæ imaginis: Quæ imago est causa adæquata Pestis. *Ibidem.*

Purpureæ Febres, venenum quidem atq; contagium idcirco habent præter putredinem & fermentum appropriationis, carent tamen Idea terroris, quo Archeus, confusione ac de-

ſperatione plenus, Regimen negligit, funeſtamque ac ſeminalem iconem peſtilentis Veneni fabricat. *Ib.*

Si *Nutrimentum ſemidigeſtum*, eſt in ſtomacho recens ac mite, ſopor oritur itemque vomitus ac nauſea: ſin autem propemodum digeſtum, cum nidore putreſcit, unde vomitus continui: aberrant n. cuncta, putrentq; ſub imagine veneni, & in tetram mucaginem degenerat alimentum ipſius ſtomachi, quod & cauſticam acredinem non raro induit. Eſtque circa ſtomachum potiſſimum murmur: utpote ubi primi & inordinati ſunt hominum conceptus atque impetus: Ibidem quoque de neceſſitate, prima Archei confuſio terroris oritur, fitque imago teterrima Peſtis, *p. 54, c. 1.*

Venenum peſtilens, eſt Ens productum ex imagine pavoris, & veſtitum ſubſtantia Archei; ſicut ira Serpentis iræ imaginem in parte Archei deponit,

ponit, illamque ad organa exſecutiva iræ deponit in ſaliva. *p. 54. n. 2.*

Belluæ ideo ſunt immunes ſpectatrices Naturæ calamitatis, quia univoci Archei defectu, ideoque & appropriatione carent. *Ibid.*

1. *Peſtis* tametſi ſit unica, ſpecie, diverſimode tamen invadit. 1. ſemel namque adoritur popularis, quæ vulgata fracedine exſurgit, poſt terræ motum, ex Antris, Rimis, Stagnis, Fodinis & Cadaveribus, tam belluinis quam humanis, virus fracidum eructantibus. Quod tamen nondum peſtilens eſt, donec intro receptum, tum demum fermento appropriatũ fuerit: unde nimirum terrefactus Archeus, atrocem illam imaginem creat ſuæ confuſionis atque terroris. *p. 55. col. 1.*

2. Invadit quoque ſolo odore peſtilenti, ex infirmo vel cadavere, vel loco à re inquinata hauſto: Qui quo ſubti-

subtilius subjectum inhæsionis suæ habuerit, eò quoque velocius contaminat, celeriusque Archeo approximat, ob symbolum.

3. Est & ardua popularis Pestis occasio, quod non vitentur loca & corpora infecta. Legimus enim in Oriente Pestem à tribus militibus, sepulchrum violantibus incepisse, Castra Romana contaminasse & tertiam Mortalium partem, per cognitas Mundi partes interemisse. Est namque ejusmodi Pestis celerrima ac ferocissima; quæ nimirum cuncta fere sibi necessaria secum introducit.

4. *Pestis* vero quæ citra externam opem, in nobis, totam sui generationem orditur ac perficit, fit ex præexistente Tartaro cruoris fracido, qui mox sponte cadaveris odorem facillime contrahit. Unde perterritus Archeus ideam concepti terroris suscitat: sicque venenum pestilens susci-

ſcitatur. Hujusque ſeminalis atque infecta imago illi excremento incorporatur; quod igitur ſæviendo, pergitq; contaminando. *Ib. col. 2.*

Antidotus aliqua nunquam ſemel infectum reſtaurat in priſtinum: eſtque ideo omnis Antidoti cura, duntaxat circa præſervationem nondum infectorum, horumque mitigationem atque celerem expulſionem. *p. 55. c. 1.*

Peſtilens Venenum, duntaxat unius ſpeciei eſt, nec ejusdem rei plures eſſe poſſunt parentes, ſpecie atque ſemine diſtincti. Idem ſemina non poſſunt eſſe diverſa. *p. 55. c. 2.*

Proxima ergo *materia*, proximumque agens, in Peſte, ſunt utrobique ejusdem Archei ſeminalis, atq; identitatis ſpecificæ: nam ſive materia intus gradatim fiat, vel repente: ſive externe hauſta, actuetur in nobis; ſaltem nunquam venenum Peſtis fit, quin

quin Archei terror imaginem istam virulentam pepererit.

Terrorem autem voco, tam hominis primo impetu percussi, quam ipsius Archei humani, sanguinisque, ex Antipathia suscepti. *p.56.c.2.*

Qui autem Peste surrexerunt, eodem anno vix æquè facilè inquinantur. Contrarium in aliis morbis & venenis; siquidem hæc, nedum post se relinquunt debilitates, unde facilior est recidiva; verum etiam alia venena operantur commutando partes, quibus hospitantur.

Pestilens autem venenum terrificum solum, primario invadit Archeum, eumque perterret: qui dum semel hostem cognoverit, & superaverit, præsumit deinceps audacior factus, non tam facile se succubiturum, nec occasione allati veneni tam facile deinde terretur. Nec obest debilitas, quam illi Pestis reliquit: quia

quia sufficit, quod non æquè facilè terreatur, imaginemque terroris pestilentem in propria sui substantia depingat. *p. 56. f. 57. c. 1.*

Imago Tristitiæ repentinæ, appetitum sternit: Rei nauseosæ imago creat vomitum.

Imago Condolentiæ, parit lachrymas.

Imago lenta Tristitiæ, suspiria suscitat.

Imago Pavoris generat Epilepsiam atque subinde Paralysin. *p. 57. c. 1.*

Ast *Imago Terroris Pestilentis* venenum parit immediatè Archeo inexistens, atq; ab eodem desumit sui materiam. Ideoque sensus illam concipere nequeunt. *Archeus* igitur cominùs conspecto hoste lethali, intus genito, vel peregre allato, suo hunc terrore, pictaque de novo imagine, admittit, suique charactere atque substantia confirmat. *Ibid.*

Dis-

Differt Imago Terroris ab Imagine *Timoris & Pavoris*: propter formalem activitatem concurrentis fidei, ut supra notatur.

Timor enim ab hostibus, à Fure, à Morbo, ab animali nocuo, à gladio, generant quidem Pavoris imaginem, at non pestilentem. Quæ ideò Terroris nomine designatur distincta à cæteris formidinis imaginibus, qua pavet animans.

Terror itaque *Pestilens*, non quemlibet aut cujusvis Calamitatis pavorem, hic designat: sed solum virus pestilens horridum, in terrore conceptum, tam ab homine, quam ab ejusdem Archeo *p. 58. c. 1.*

Proprietas Pestis.

PEstis originaliter concipitur ab Hominis Terrore, & quæ addu-

cta è corpore pestifero in nos vehitur aura, primo sui impetu, in Lienem ruit, qui eandem mox excutit, ac veluti per manum, Orificio stomachi tradit. Hinc appetitus dejectio, vomitus, dolor capitis, deliria, deliquia, sitis, sopor. *p. 58. c. 2.*

Quamdiu Idea Tristitiæ ac *Metus* obsident *Tartarum Cruoris* in stomacho, ac quantisper abest imago Terroris Archei, nondum Pestis adest. Fit quidem interim, si minus accurate se custodiverint, quod *Tartarus Cruoris*, magis magisq; infestus Archeum tandem terreat, sibiq; cudat pestilens virus. Sunt enim Pestes, solo terrore natæ, velociores ac terribiliores multò, quam quæ contaminata perveniunt aurâ. *Ibid.*

Pestis constat inquinatione, contagio scil. celeritate cursus, singularitate veneni, concomitantium terribili-

bilitate, perseverationis demum ac curationis difficultate. *p. 59. c. 2.*

Signa.

QUicquid creati ubivis est, sua habet diagnostica signa, per quę à reliquis commode distinguatur: quæq; Pestem præcedunt, comitantur, vel mox sequuntur: Quæ enim præcedunt, inpræcationem faciunt: at quæcunque dein sequuntur, aliis plus inserviunt, quā misero Ægroto. Sola autem signa comitantia sanationem decernunt. *p. 62. c. 1.*

Quoties Terræ motum, novus antrorum rarusque comitatur, insuetusve fœtor stagnis advenit, tunc Signa endemica, vires habent occasionales. *p. 64. col. 1.*

Bubo, *Vesiculæ* aut *Maculæ* ab initio, ante multam Pestis truculentiam,

Pe-

Peſtem denunciant. Sic & *Anthrax* aut *Bubo*, *Tumorq́ tantillus* in Peſte longe dolentior eſt, quam alibi uſpiam, ac ferè ante augmentum Febris adſunt, anticipantque ſuſpicionem, ſe ex febri manaſſe. Adeo quod ejusmodi Pellis miſeriæ in Peſte præcedant, quæ aliis febribus ſerius, tanquã producta adveniunt.

Bubo peſtilens, adhuc minutulus, ſtatim & ex tempore, absque membri dolore, febrisque cōminutione atrox exiſtit, doletque immenſum. At ſi Bubo poſt prævium Membri dolorem emergat, inepti remedii vehit judicium. *Ibid. col. 2.*

Signa ordinaria Peſtis præſentis.

ORdinaria jam hoſpitatæ *Peſtis* ſigna ſunt; ſi ante vel mox ab initio

initio Febris, Glandula, Parotis, A
thrax, Vesica, Pustula, aut Macula,
pente, summoq; dolore invaserint.
aliis namque Febribus non tam in
gniter dolent: rubet quidem loc
tumetque ante natum malum: qu
non se habet in Peste.

Confirmatio Pestis.

Confirmaturque Pestis, à Vo
tu, Dolore Capitis excelle
Sapore, Delirio, dejecta Appetent
si repente invaserint.

Signa Pestis.

I.

A *Contactu.* Pestis peregre
ventans à contactu Ven
hausta, tanquam dolor pungen
styli intrat, partemque quam fe
stat

ſtatim Tumore, Puſtula, Veſicula, aut Macula ſummo dolore ſignat.

2. Ab *Odore*. Quæ per Odorem intrat ſtomachum, atq; caput vibrat, dolore repentino vel anxietate ſoporifera: vel ipſum ſtomachum tanquam calcar ad vomitum incitat.

3. Ab *Interno*. Sin autem ab interno ſcaturiat, & præviam habet Febrim, ad quam confeſtim præfatorum ſignorum aliquod ſubſequitur.

4. A *Terrore*. Quæ autem correpto Terrore irruit, feſtina eſt, ægriq; teſtimonio dignoſcitur.

5. A *Terrore Archei & Tartaro Cruoris*. Quæ vero aliquali Terrore Archei (non autem hominis) orta eſt, inque Cruoris Tartaro latet, in gradu quidem ad Peſtem eſt, tardiorque ſolito erumpit, faciléque ſuperatur, niſi ægri obſtiterit negligentia: attamen longior in itinere ipſi mora eſt, *p. 64, col. 2. & 65. c. 1.*

6. A *Morte*, Pestis, quæ duntaxat à morte sua profert signata, magnum de medio tollit Exercitum, multasq; depopulatur familias: quippe lethalis jam evasit, priusquã se patefaciat, aut cognoscatur. Eo quod pensum prius absolverit cum singultu, deliquio, Eschara que in loco nobili: vocaturque Diaria sive Ephemera, ob unius diei Tragœdiam. *Ib.*

Petasiten sive *Majorem Tussilaginem*, Germani vocant radicem *Pestilentiæ*, eò quod sicut Pestis sese pandit ante prænuncium Signum: Sic petasitis suos edat flores ante folia. *p. 65. col. 2.*

Quidam referunt *Sapphirum* saturate *Lazureum* vel *Hyacinthum Citrinum*, si per horæ quadrantem, super membro dolente moretur, sic ut lumen, ex opposito Gemmæ, locum infectum feriat, ibidemque radios colligat, locum attactum infra horam

live-

livescere; esseq; infallibile Pestis signaculum. Sin vero locus nequaquam colorem lividiorem assumpserit, infirmum à Peste absolvi. NB.

Ego vero in dubiis semper, Bufone pulverato sum usus, pultisque formâ, in Aquæ simplicis tantillo decocto: Quo si mox dolor abinde in Esahara, Anthrace vel Bubone, mitesceret, secure Pestem adesse conjeci. &c.

Præservatio.

INter Præservativa cogitandum. I. Ne Spiritus Archei in nobis terrorem concipiat neve ex terrore sibi pariat vel aliunde intrò allatum virus terrificum.

2. Ne fermentalis symbolizansq; Mumia forinsecus allata, naturæ Mumiæ internum Rectorem Archeum infectet.

3. Ut interimatur & abscedat quicquid jam in contagio Mumia particeps evaserit.

Minus proinde symbolum, quod nobiscum commune habet, tollendum est. Quapropter cuilibet Antidoto, semper leve aliquod venenum solet admiscere; ut scil. hactenus applicatio sive approximatio tollatur Archeus à Contagio servetur immunis, neve in alimentum Mumiale decidat, sibique inde Tartarum Cruoris fabricet. *p. 66. c. 1.*

Pestis vel de foris intrat, locumque sui introitus de foris signat: quia afficit primario: vel cum anhelitu attrahitur, ibique per Diaphragma sive septum transversum transit, pressuramque facit & anxietates super ipsum stomachi convexum: ibidem vestit materiam: quæ inde mox exhalat, & contagio fit infamis, *Ibidem*.

Remedium contra Terrorem imagi-

ginantis hominis, vel Archei, non tam in se est positivum, quam negativum. Adeoque potus meracus ad hilaritatem usque præservat de futuro; quia nedum hominis, sed & Archei Imaginationem sic regit, quod pereat vis formandi imagines. Nemo enim pauper est aut defectuosus, quamdiu ex potu hilaris est. p. 66. c. 2.

Hilaritas per potum introducta, nec hostem admittit, nec agnoscit, ut nec luctam suscipit, sed excludit. Est autem potus exhilarans magis Pesti futuræ quam præsenti aptus. *Ib.*

Præservativa Pestis de Præsenti, & sanativa, sunt ejusdem cohortis & intentionis, non autem de futuro: Ita tamen ut præservativa de præsenti non serviant, nisi in fieri esse augmenti, non autem in facto esse producti; Eo quod corrupti, non sunt amplius præservativa sed duntaxat sanativa per exstirpationem. p. 67. c. 2.

Curativum præsentis Veneni præsupponit id, quod præservativum de futuro anticipat. Itaque curativum proprium convenit duntaxat, quatenus productum (quod est ipsum Virus pestilens) in ipsa materia, cui insidet, trucidando annihilat.

Deniq; & aliud curativum, sibi conjunctum incumbit expellendo subjecto ipsius Veneni. Tertium porro, quod coadaptionem causarum ad producta tollit, minuitque; quod etiam in se naturam præservativi habet. *Ibid.*

Pestis itaque quæ extrinsecus ab infecto Corpore, Veste aut Loco, hauritur; habet quidem in se absolutum & formale pestilens Venenum, quod nec præsupponit fracedinem præexistentem, atque ideo nullis antecedentibus querelis repente invadit, & signa edit postera: sed tantum appropriatione opus habet.

Qua-

Quale præservativum in fieri, continet aëris rectificatio, Hippocrati familiaris, non secus ac in Peste populari: ut scil. enecetur ipsum Virus in aëre, aërque simul originaliter sic disponatur, ut humorem alimentarium non sinat mumialiter corrumpi aut fracedinem arripere.

Hæc de *Futuro. p. 67 c. 2.*

Ubi jam Pestilens Virus intro receptum est, latitat, nascitúrque quin simul sit aptatum & sigillatum in Archeo, idque propter singularem celeritatem sui Veneni. Tum defensiva solitaria tarde veniunt nisi simul sanativa sint. *Ibid.*

Primò cura omnis versatur præservandi, ut Corpus caleat actu semper, servetúrque in Diaphoresi: utque animus ad Hilaritatem, terrori opposito sit dispositus: ut de Vino dictum. *Ibidem.*

Quæ ex aëre fracedinem Virusque

è mente vero terrorem, & demum à corpore mumiales coadaptiones tollunt, sunt hæc præservativa.

Suffitus enim Hippocratis, nedum ambientem, sed & intro attractum, imo coagulatum halitum à Veneno simul & à fracedine liberat, non minus, quam quod mumiale Fermentum applicari præpediat. Quorsum quoque faciunt Alexiteria, Zenexton sive Amuleta externa, quæ possunt terroris imaginem ac pestilens Virus, in proprio halitus aut tartari cruoris subjecto interimere. Itaque hactenus quoq; Archei terrorem avertere atq; præpedire. *Ib.*

Sin vero Pestis proprio intus terrore concipitur, alia præservativa requiruntur, quam ubi circa loca aut personas est degendum. *p. 68. c. 1.*

Pestis autem *formata*, retrogrado ordine, à Veneno formato, ad corrup-

ruptivam Aporrhoeam, festinanti cursu eundum suadet. *Ibid.*

Zenexton indicationem curativam in præservando custodit: attamen à sanativo superatur in hoc, quod sanativa non solum debeant interimere Venenum; sed etiam per sudorem protrudere.

Si *Fracedo* initium dederit, primamque Materiæ dispositionem dederit, fracida loca, ut & alimenta facile putrescentia vitanda. Aër aptus, sanus sanis, eò quod habeat consumtionis elementalis potestatem; Sed aër quatenus talis non minus contagio obedit, quam cætera Corpora susceptumque contagium, in suo Aëris magnali, quatenus cavitates habet, continet integrum: quod tandem, non nisi sponte plerumque 40. dierum spatio ibidem tabescendo emoritur, ac vi elementali, venenato fermenti semina spoliatur. *Ibid*

Tristia quoque *universa sunt abolienda*; nedum quia timori atq; terrori vicina, sed potissimum, quia circa Os stomachi, extemplo sensibilem pariunt fracedinem, suspiriorum Matrem.

Loca ergo & objecta tristis recordationis, & ejusmodi sodalitia, vitanda non minus, quam nuncia atque historiæ, confabulamentaque dolorifica.

Bibenda sunt Vina exhilarantia & Cerevisiæ fortiores; quia incurias ac animositates causando mœstitiam & terrores excutiunt. Contaminatis vero quoquo modo, imo meticulosis ac mœstis, aër ac venti frigidi nocent, & quicquid exhalationi ac sudori opponitur. *p. 68, 2.*

Domus elota subinde fracedinem atque Contagium tollit, & nocet infectis halitus aqueus; Ergo prius exsiccanda esset.

Dies 40. clausuræ, licet fracedinem augeant, tamen Virus pestilens tollunt, quia sponte perit illo intervallo. *Ibidem.*

Tum Venæsectio quam *Natatio* funesta sunto. Omnis quoq; solutio Alvi laxa vitanda: eò quod sic crudior è Mesaraicis cruor putrefit, per fermentum Pharmaci solutivi. *Ib.*

Quæ hactenus dicta; de numero sunt præservationum negativarũ, sive admonitoriæ Regulæ vitandarum, nondum continentes sanationem.

Inter Præservativa Positiva primũ locum sibi vendicant. *Amuleta.*

Quod vim propriam sortiantur, sive ad enecandum Virus, sive etiam ad appropriationem mumialem Archei præpeditam. Utrumque est curativum in fieri.

Denique sequitur *Sudoriferum*; quod est exstirpativum Pestis, & sedis suæ per ablutionem. Denique Ar-

cheus mœstus atque terrefactus confestim se intro recipit, velut ad Arcem fugit, gignit tristitiam suspiriaq; & anxietates venenosas, hoste intrò recepto, adauget.

Foras ergo ad oblectamenta, ac per sudorifera, evocandus. Sunt quoque sudorifera cuncta ejusdem intentionis, ac pene ponderis: at saltem in gradu bonitatis discrepant. Denique in adjuncto Alexiterio, laudo potionem Hippocratis, cui adde Zingiber, & baccas nigras Hederæ; quia Diaphoretica stomacho grata.

Sunt etiam Alixiteria, Vino generoso, & mox à Pastu danda, non quidem ut sudet æger, tantum ut corpus servetur in Diaphoresi. Pastus autem paucus & levis sit; Nam in omni febre, magisque in Peste, digestio deficit, proinde largiores cibi vices, potus meracus subeat: Nam *Metum, Curas, Tristitiam*, atque *Terrores* ex-

cludit.

cludit. Ideoque summum præservativum in confidentia stabilitur. *pag. 69. c. 1.*

Prægnantes, *Puerperæ*, aut *Menstruosæ*, quia tum plus coercentur sub Uteri Imperio, quam ductu Archei universalis, ideo periculosius Peste opprimuntur. Siquidem Archeus uteri, nequaquam rationi aut confidentiæ paret, qui totus confusione ac mœsta perturbationum turba anxiatur.

Consolandus est itaque Uterus Oleo Succini, Succinoque in optimo vini spiritu soluto, ac suffitu ex Verrucis Crurum Caballi per tritorium adacto. *p. 70 c. 1.*

Zenexton.

ZEnexton fundatur non quidem in excitata imaginatione aut fide,

de, quippe quæ alterius ſunt Monarchiæ velites; ſed omnino in actuali dote per conditorem rebus collata. *p. 71. c. 2. in fin.*

Requirit Zenexton, ut in ſe prorſus incontaminabile ſit, ſi præſervare de futuro debeat. *p. 72. c. 1.*

De Lapidibus incipiendo Zenexton:

Sapphirus ſaturato colore cœruleus & *Hiacyntho* fulvo colore prægnans, ſi circum Bubonem peſtilentemque Eſcharam in Gyrum volvatur, per moram è regione Solis, vel Luminis, tractim circumducendo, ut idem Circulus dein ater fiat, & iſthac reliquum Virus tanquam per Caminum foras exhalet.

Etiam plures alibi ſi ſint glandulæ, hæ tamen ſimul ſidant, pereant, ſequanturque exitum tracti Veneni. Ego autem Sapphirum præfero Hiacintho. *p. 72. c. 1.*

Ex Succino rubente, ad ſeptem princi-

principales pulsus (nimirum utrimq; ad tempora ad carpos, malleolos & ad sinistram Mammellam) ad calorem usq; confricto, tutum sibi conciliavit Zenexton Guardiola, Chyrurgus Hispanus, Xenodochii infectorum in Obsidione Ostendana Præfectus. *p. 72. 2.*

Quod autem in Succino reperio, non prorsus spernendum: Est inprimis

1. Vis tractoria affrictu manifesta & excitata.

2. Dein est Succinum, licet in se transparens atque gummosum, minus arcte tamen clausum, faciliusque ideo nostro calore movetur & alteratur.

3. Denique nec habet Succinum vim trahendi limitatam (qualem Magnes, Ferrum, & non Cuprum, alliciens) sed generalem & absque electione, modo leve id fuerit scil. ut pesti-

peſtilentem Auram atque Virus trahat, ſufficit ſi levia quæcunque ad ſe trahat. Signatum ergo hujusmodi tractionis, denotat Zenexton in natura fundatum. Eóq; fortius, ſi mumiali fermento adpropriationem ſit adeptum. Vidi ſic namque frequenter venenatorum vulnerum, diſſoluto in ſpiritu Vini ſuccino, factas ſanationes, alioqui penitus deſperatas. *Ibid.*

Caſeus ſub axilla geſtatus, & per Canem deguſtatus in decipulam ſerviit, herumq; ſuum ita deſeruit, ut ſe crediderit extero per claſſem avehi, *pag. 73 c. 1.*

Nil ſaltem ſtomacho, inteſtinis, nervis, imò & cerebro eſt gratius ſuccino in Vini ſpiritu reſoluto. *Ibid.*

Succinum eſt Gummi poroſum, ac plane volatile: Ideoq; ſuſceptivum odoris mumialis, quem frictione ſuſcepit. Non igitur mirum, ſi ca-

rab-

rabe imbutos odores retineat, præsertim si gestetur ab eodem, cujus mumiales exhalationes per frictionem suscepit. *Ibid.*

Zenexton inservit duntaxat, non quidem ut Archeum admoneat sui officii, atque destinationis, neque ut Virus, ab innocuo, in objectis dividat; multo minus ut naturalem refocillationis attactum inhibeat: sed ut necet & annihilet specificum Virus, quod tam in aëre externo, quam intus in Archeo est conceptum. *p. 74. c. 2. ad fin.*

Zenexton, nec debet serare poros, nec claudere fores anhelitus, ne hostis intret, nec luctari cum Archeo (sunt namque luctæ, dissidia atque rixæ, si nunquam antea, saltem Peste flagrante importuna. Dum præcipue Archeus suspendens sua despondens abjicit Arma) Denique neque Zenexton separando, coquendo aut

præ-

præparando exterius puro ab impuro intentum ſit oportet.

Sed prorſus per modum Antidoti, ſit contra Venenum jam receptum. Non quidem proprie contra Venenum ipſum. Sed quandoquidem uſus ejus præcipuus ſit in præſervando magis, quam in ſanando: idcircò vis requiſita in Zenexto propriiſſime conſiſtit, quod tollat appropriationem adaptationemque mumialem, extra quam nullum ſit contagium. Nec tamen alienum eſſet, ſi inſuper Alexiterii poteſtates ſit nactum. *pag. 74. col. 1.*

Fateor me Bufones applicuiſſe Bubonibus & Eſcharis, tam in pectore, capite, mammillis, quam alibi tam in viris quam mulieribus ac ubique non ſine prompto juvamine & doloris mitigatione. *p. 75. c. 1.* Ego maceravi Aqua tepida paucula; qui dolenti loco appoſitus, mox dolorem lenivit. *p. 67. c. 1.*

Hy-

Hybernus Butlerus me conſcio Londini aliquot millia peſte curaverat. Juſſerat Bufonem magnum menſe Junio poſt meridiem captum ſuſpenderem tibiis prope focum, illique ſubtenderem patinam è cera flava, tandem â triduo ſuſpenſionis, Bufo evomuit terram & aliquot inſectas, ambulantes nimirum Muſcas, nitentibus alis ſubviridi colore deauratis.

Mox à vomitu Bufo obiit, nec ante triduum vomuit, licet pronus penderet. Dixit autem mihi quod ſat remedii haberem curandis 40. millibus Peſte correptorum, promiſitque mihi oſtenſurum rei cardinem. Sed repente in Exilium proſcriptus abiit. Saltem ego has ſordes vomitu rejectas, itemque exſiccatum Bufonis Cadaver, ſeparatim in pulverem tundi juſſi, & cum Tragacantho in trochiſcos formari, quibus feliciter ſum

uſus,

usus, tam ad præcautionem quam ejusdem sanationem *p. 76, c. 1.*

Dein Julio Mense, decrescente luna, Veteres Bufones cepi, quorum oculi scatebant albis vermibus, nigrisque capitibus prominentes, adeoque ut uterque totus oculus in vermes transformatus esset, fortassis numero 50.

In singulo oculorum foramine vermes erant densè compacti, quorum capita foris eminebant; & quoties aliquis egredi vel prominere conaretur, statim Bufo opposita manu, egressum vetabat. Hos autem Bufones ad vomendum coactos per suspensionem, reperi dare excellentissimum Zenextoa. Vermes autem in patinam ceream deciduos, simulque cum eo, quod per vomitum rejecit, in trochiscos parvos redegi, addito cadavere Bufonis, & cerea patina. Gestati vero trochisci ad mammam sinistram

ſtram arcebant contagium, & loco infecto alligati ſtatim Virus extrahebant. Erantque trochiſci promptiores ac validiores, ſi in uſum aliquoties recidiſſent, quam recentiores. Reperi autem Amuletum pro peſte longe validiſſimum. *p. 76. c. 2.*

Bufo homine viſo, ingentem terrorem concipit, naturali dono. Qui terror ab homine ſibi naturalem energiam aquirit & imprimit, contra imagines territi Archei in Homine.

Siquidem terror Bufonis interimit & annihilat Ideas territi Archei humani, eò quod terror in Bufone eſt naturalis, & ideo radicaliter ac per totum illi, etiam mortuo, incorporatus.

Idea autem Terroris in Peſte, eſt tantum accidentalis & fluxa. Ergo Bufo natura ſua timidus ab homine, odii ſui imagines auget, viresque intendit, ut ſaltem clanculum, ac Pe-

ſtis

ſtis inſtar noceat. Hanc autem proprietatem ſigillorũ, odii ſimul & terroris geſtat in capite, oculis, & loco concupiſcibilis poteſtatis, *p. 77. c. 1.*

Quo terror noſtri, odiumque innatum in Bufone, aſcendant altius, fortiusque ſui imagines imprimant. Suſpenditur Bufo eminus prope focum in adſpectu noſtri. Creſcitque odium & terror ideo in mortem uſq; *Ibidem.*

Peſtis Humana non attingit bruta, nec vice verſa. Eo quod virus nullum operetur citra fermentum humanæ Mumiæ, ſive ſymboli conſonantiam. *Ibid. c. 2.*

Hæc igitur Icon virulenta odii, & operans imago, hoc denique terroris ſeminale ſimulacrum in Bufone, enecat fermentum mumiale, ſine quo Venenum peſtilens conſiſtere, ingredi, ut nec appropriari nobis poteſt. Hic modus eſt operandi in Zenexto, quo

quo scil. impeditur pestilentis Auræ comunio: quatenus Tartarum cruoris excrementosum, ac evaporantem privat fermento mumiali. Atque in vicem ejus adfert fermentum pestilens.

Eò quod quasi in momento interimat fermentum mumiale, contagii fontem, vel saltem fomitem, nimirum si jam exit præsens; impeditque futurum, quo minus invalescat, sicque Interimit immediatum inhæsionis subjectum, ne coaptetur. *Ibid.*

Omne fermentum est mera cujusdam odoris tinctura. *Ibid.*

Sunt præter Zenexton quædam attractiva; quale est Nasturtium Aq. cum succo fol. Raphani maj. Itemq; Cerasorum, Halicacabi & ficuum ana, quæ contusa apponuntur, & aperitur cutis circulariter.

Item *Napellus*, uva inversa, Aconitum, prius aceto cocta, tunc cum ficu

con-

contuſa, loco appoſita attrahunt potenter & cutim aperiunt.

Hippocrates Redivivus.

HIppocrates uſus eſt Sulphure, Sale & Pice, ad curandam Peſtem popularem. *p. 80. c. 2.*

Sulphur ſolum inter creata corpora reſiſtit fracedini & Peſtis contagio: quia ſolum 🜍 inſtar ignis, omnem fracedinem, tam in doliis quam locis ipſis arcet, deletque cujusvis attactus & odoris veſtigia. Sulphur enim ſic quoque tollit omnem propemodum Pellis ſcabiem; quia contagii inimicum.

Quocirca neq; mirum, ſi Peſtis in pellem derivata ab interno initio per Sulphur quoq; extrahatur. Etenim cum in univerſo nil promptius ignem con-

concipiat Sulphure; quia merus velut ignis est, non mirum, quod Sulphur demonstret proprietates ignis, quæ sunt omnia comburere, nec contagio infici. *p. 81. c. 1.*

Hippocratis τὸ θεῖον ἄπυρον, quod vivũ nuncupatur in officinis, sola fusione, à superflua terra sequestrabat. Flavum vero semel accensum, ardet porrò ad finem usque, nec pellem in superficie contrahit, ut neque fecem notatu dignam post se relinquit, sed totum avolat, idcirco φλογιστὸν nominatum. *Ibid. c. 2.*

Sulphur Italicum præstat Leodicensi Pyrites enim, cum quo ex Marcasitis ibidem 🜍 extrahitur coquendo, Arsenicale quid expirat. *Ibid.*

Jussit Hippocrates primum domos Peste infectas sulphure suffiri; quia 🜍 combusti omne semen per flammam destruitur eo ipso in Gas, sive spiritum sylvestrem transmutatur.

Quod Gas ob proprietates sui concreti, Pesti est Antidotus.

Nam duntaxat Gas istud subtile ac pene incorporeum, nostro Archeo proinde confestim commiscibile. Ac Gas istud Hystericas olfactu recreat.

NB. Hystericas Passiones accensio 🜍 solatur.

Non autem Oleum, non tinctura, lac aut flores Sulphuris.

Hippocrates omne Vinum, quod in Peste dabat suffiebat: Poculum stricti colli Lychnio ardentis 🜍 suffiebat, Vinum ad tertiam partem infundebat, ac poculum arcte conclusum agitabat, dudum conquassando sursum ac deorsum; donec Vinum omne Gas sulphuris in se combibisset.

Myracopa autem supplebat, ungendo corpus Vino Græco, cui tenuissimum pollinem 🜍ris incoxerat. Sudantibus vero eundem pollinem, ex-

exſiccatum ſole adſpergebat, & frictionibus juſſit applicari. *p. 87. c. 1.*

Hippocrates 🜔 in cote levigabat, cum aqua, & rurſus exſiccatum ſervabat ad uſus. Dabat autem cum Vino ſalito & calente, grana 🜔 24. ut ſudores proliceret. Salem autem olla vitreata primum decrepitabat, mox dein aucto igne liquabat (nam alias ſal ſordes in ſe continet, quæ primo crepitu avolant, dehiſcente ac ſubſiliente Sale. Hi ſpiritus fraceſcunt facile, ac ſalem contagionis metui ſubſternunt: ſunt namque ſali admodum peregrini. Qui licet dudum ante ſalis fuſionem fugerint, inſtituit tamen ſalis liquationem, ut per ignem abſumatur, quicquid exotici in ⊖ contineretur. Cernebat enim mox à Peſtis invaſione, conſternatum appetitum, dein & impuritates in ſtomacho ſuccreſcere fracidas ac nidoroſas; Unde Cephalalgia, vomitus,

naufea, delirium, fopor, &c. ori-
tur, quæ fanationem Peftis impe-
rent; fumfit ergo carnium comu-
nem Balfamum falis; qui fracid
virus atque putredines everteret
ftergendo, cum virium confervat-
ne: dabatque vinum falfum fe-
dum, non autem tepidum, ut nauf
compefceret, & fudores potenter
ret: addebatque ♀, ut fuo velut
dore Peftem interimeret; quia
abftergit, à Putredine confervat, &
venenum cohibet:)

Hunc autem fudorem præfcri-
bat triduo ad minimum, fæpe tam
in hebdomadam dilatabat. Quo
die autem fudant bis, & vice fing
per diei fextantem, fi poterant. P
n is diebus plus, ac deinceps con
quenter minus. Inter fudandu
omnem tollebat potum: perac
autem fudoris termino hordei c
more cibabat, & pro potu, Vinu
g

græcum picatum, cui inerant pauca grana ſalis præfati, & ♀.

Folia autem Aſari, aceto macerata calida ſuperponebat Buboni, plantis Pedum atque manuum, quæ poſt horas 12, ſingulas ſepeliri juſſit; quoniã immenſum fœtent (Hinc Græcia Uvas conſperſit aliquoties muria Maris priusquam ad Torcular deferrentur: Suaſit nempe id Hippocrates, ut una ſic inſectæ ab Uvis pellerentur:)

Ad grandes Bubones & Stigmata applicabat lintea calida, generoſo vino intincta, cui ♀ incoxerat. Præterea ſibi reſervabat Arcanum, cujus obtuitu ſibi divinos honores acquiſivit; Erat autem Caro Viperina vel Colubrina quas mundabat, abſciſſis nempe Caudæ extremo & Capite, Pellem excoriabat, Inteſtina cum Felle abjiciens, ſolum Cor & Jecur reſervabat, omnem vero cruorem,

cum vena per ſpinam decurrente, extraxit:

Carnem vero non bullivit, more quo Theriacæ inditur; ſed eandem cum oſſibus & præfatis viſceribus exacte contuſit, & tepido furno exſiccavit, donec pulverari poſſent: quem pulverem, deſpumato coctoque ſatis melle, inſpergebat; dum ſciret Carnes coquendo, virtutem tam in Jure, quam Vaporibus deponere. Huic a. Electuario Aroma Patrum addebat, ad palliandum ſecretum. *pag. 82, 83.*

Hippocrates uſus quoque eſt vino picato: Quocirca conſideratione dignum quod Hiſpania raro Peſte affligatur. *p. 83, c. 1.*

Pix Anthracibus appoſita, ſolamini eſt, citoque aperiuntur. *Ibidem.*

Odor Picis, ſuffumigio plurimis Provinciis Peſte contaminatis, familiaris. *Ibidem. c. 2.*

Au-

Author monet, quod Condum Hippocratici Remedii manifestaverit satis aperte, ut solis Filiis artis, verisque Medicis sit sat patulum. Solisq; pigris Medentibus, lucro emancipatis, & invidis veritatis osoribus tectum futurum. *p. 84. c 2.*

Imago Terroris ventilatur.

OMnis Conceptus primus, primique conceptuum impetus, contingunt infra septum transversum, qui ideo negantur subesse rationi aut esse in Naturæ potestate: Quapropter Hypochondriacas Passiones ibidem vigere, omnis jam ætas concessit. *p. 87. 1.*

Pestis plerumque circa stomachum nascitur, seseque manifestat per Nau-

ſeas, Vomitum, Inappetentiam, Dolorem Capitis, Febrim, Sopores, ac tandem Deliria. *Ibid. c. 2.*

Eſchara non fit in mortuo, ſed tantum in vivis, adeoque à vita & Archeo ipſo, qui excandeſcens parit imaginem furoris, quæ nata eſt ſe ipſum, totumque ſpiritum Archei, ipſumque influum ſpiritum ſanguinis arterialis, commutare in corrodens Alcali. Vitalis enim ſpiritus, qui primo actu materialiter in digeſtione ſtomachi acidus fuit ac digeſtionibus ſubſequentibus ſalſus fit atque volatilis; formaliter degenerat, fitque Sal corroſivum, atque Alcali volatile, efficiens cauſa corroſionis & Eſcharæ.

Quicquid in Peſte agendum eſt, id feſtinanter curandum eſt. Etenim quandoque imago Peſtis tantum veſtitur ſpiritu influo: tum facile ſu-

dorifera subveniunt: Sed ubi solidis inhærens, innatusque Archeus imaginem sui terroris & furoris concipit, nisi statim alimento suo spermatico resignet ac deponat conceptam imaginem, tumoremque prodat periculum est, ne in ipsam solidorum mox substantiam transmigret: quod inexcusabile Mortis detrimentum continet.

Ideoque ne tenax intus Hospitium Pestis sibi sumat, procurandum, ut imago non diu intus fluctuet Pestilens; sed tota supellex, foras per sudorem projiciatur, & excidat.

pag. 88.

Ad

Majorem DEI Gloriam

&

Veritatis Amorem.



INDEX RERUM,

In quo litera a. fundamenta, b. supplementa denotat.

An-

qua-

B.

C.

C.

D:a-

in

Her-

gehen-

M.

Medi-

Mor-

Oculi

effi-

Pe:


Pr

ejus

 S

Un-

FINIS.




Kilic apud Dublerum ... Italice Clichion —
Libellus de Lampade Vitæ Ernesti Burgravij. Franequeræ apud Vldericum Balck.
Del Dr hebreo Lorio ...
Contro gl' incantasimi ...
℞ adipis anis ... a iiii
Vrsi — a 8
Capponis — a 27
Trunços ... n° tria fraxini ... usque dum hæc miscens contundes ... Simul ... omnia in phiala quam ... Imñas ... posuerit balsamum ... corpora loca ma... dolentia et iunctura
Per Nefritici e calcoli
℞ smoccolatura di candela di cera olio di noce moscata (se ti pare) l'anima dello spicio d'aglio incorpora tutto insieme a ... quantità di un ceco e dalla in brodo che è rimedio presentaneo

Pro affectionibus splenis In. :
Vinum infusum in Vetere
ex ligno Tamarici per noctem
et hoc reitera

Pro hemmorroidibus. Tangantur cum
Acetosa radice ~~[illegible]~~
Chondrille et exsiccatur in
camino, exsiccabuntur hemr:
aliq si pulverisat radix pulveres
uñt hemor:

Vitriolum ♀
Quomodo fiet vide in Opere
maiori Vanhelm: pag: 422.
n.° ℞ 22





Pag: 97 Metallus primus est ♉ ex quo elicitur ♀ et ♃ cremabile in flammam ceruleam ex quo fit id quod docet auth: eodem loco ex Paracelso



Vitrum Antim: sine Addme Basilij Valentini

Sume Antim: Ungaricum optimum tere in pulverem si fieri possit im palpabilem, hunc pulverem molliter et tenuiter dispersum extende in fictili plano volendo quam angulus margo ad duorum circiter altitudinem elevatus hinc vas ita impone furno calcinatorio Subde in principio ignem moderatum ex carbonibus; ubi videris fumum sulphureum ex eo moue id spatula ferrea num quam cessando quandiu fumum ex se emisit, donec interca fi... ndu... 8 go perductum est ut in globos seu glebos conformetur ab igne amoueabis ubi refrixerit rursum in pulverem subtilem tere et rursum ... in pulverem subtilem tere et denuo igni impositum moue et calcinando ante factum est donec nihil amplius fumi ascendat, eaque actio toties repetenda et tandiu continuanda est donec igni impositum nullum amplius edat fumum non coaguletur in glebas et colores referat albos et quasi cineres hinc calcinatio rite peracta est

Vitrificatio

Impone hoc calcinatum impone ad liquefaciendum in igne taliter ut fluat liquidum et clarum instar aquae vtiam ... infallibiliter probes an Vitrum Antimi: igni sit coctum ... ... agnosceris

intingi ferrum frigidum offer... in
... [illegible] ... hec
ei ... [illegible] ...
[illegible] ... habbiasi ...
sicut Suam ... [illegible]

Pro Calculis frangendis


R. lapillos qui sunt in capi-
tibus piscium ...
cum ... [illegible] ... feren
do ... [illegible] ... drachma
una cum ... [illegible] ...
... [illegible] ...
aut quarta ... [illegible] ...
Calculos. sine Dubio.

Albadar quod fit ex ☿. Pro
co conficiendo adumbratur
pag. 10 in fine

Partum facilitare intra
horae quadrantem. Jecur
et fel. Anguillae ad magnitu
dinem Auellanae. Pag. 57. b
in vino

Ad educendum abortum et
partum facilitandum cum
Magnete Pag: 118

De Magnete et magnetismo
nemo melius scripsit
Guiliemo Guillberto me
dico Londinensi. Idem





Arcanum Antimonij Basilij Valentini in curru Triumph: pag: 178.
Eiusdem Arcanum Antim: quod purgat blande et leniter per secessum pag: 182. ibid:

oleum Antim: in Curru triumphali Basilij Valentini pag: 159. ut infra

Sume vitrum quod ex minera Antimonij est confectum, subtiliter tritum extrahe per acetum distillatum tincturam (ut superius docetur pag: 149) postquam acetum abstraxeris et edulcoraveris adde spiritum vini quo ex tinctura tincturam eamque bene exaltam circulabis mense integro postea distillabis id singulari pleaque dexteritate ✱ per se sine additione et acquiries mirabilem gratam et dulcem medicinam, in forma olei rubri ex quo deinde lapis ignis fermentabitur

Hoc oleum est quinta essentia quod summum est quod de Antim: scribit, non purgat per sudorem urinam et salivam Dosis ante coagulationem dicitur gr: 8.
Caetera vide in eodem curru loc: cit:

Calcinatione di ☉ in
polvere impalpabile con
il solo fuoco


℞ ☉ limato, e metti ad
infocare con ✝.° tanto che
divenga rosso, et all'ora
mettivi dentro il tuo ☉, e
va sempre manegando con
un Ferretto o stecco fino
a tanto che divenga polve-
re impalpabile come in ef
fatto succederà.
Il medemo succederà con
tutti gli altri Metalli, av-
vertendo però che per cal
cinare il saturno e Giove
l'operatione si deve fare
in un tegame senza che vica
ga Rossette

Calcinazione di Oro [illegible]

[illegible] fuoco

Se limato, e [illegible]

[illegible]


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Preparatione di ☿ in un subbito

R.ᵉ smeriglio di Spagna di castiglia e poi si mette in ∇ forte e ∴ et infino che si comin[ciano] a ueniri uerde et attaccarsi a lati del Bicchiero [illegible] uaso dal fuoco e polverizalo minutamente e ponilo in saggiolo grande e cui metterai sopra dell'A[cqua] fatta di ⊕ o. alume di Rocca e ✱. ben rettificata turando il saggiolo con altro saggiolo pur grande e che non respiri, e porrai a calore per l'ardore [illegible] 24 hore sinche sarà ben colorita d'una tintura che tira al uerde, ouero che tira al giallo.

Doppo p inclinatione leggiermente che le l'aque non s'intorbidi decantata e rinoua li dell'altra aqua e fà così fin tanto che l'aqua non resti più tinta


Piglia poi tutte l'aque tinte e metti a distillare sino ad[em]... sin che resti la 2ᵃ parte, di queste aqua restata ne prenderai [illegible]

e si butta sopra ℞ 2 d. ☿ ben
purgato in vaso grande di vetro
a poco a poco acciò non faccia as
[illegible] e ciascun ℞ d. [illegible]
aqua ci vanno ℞ 2 d. ☿ e così
il ☿ si metterà in polvere
bianca ne resterà parte alcuna
di d.o ☿ nella dett. aqua e nel fine
della distillatione [illegible] il
fuoco [illegible] con [illegible]
[illegible] per distillatione leggiera
[illegible] da [illegible] detta aqua e nel
fine della distillatione accresci
il fuoco sin che non stilli più
che il d.o mercurio resterà [illegible]
quale leverai con diligenza o lo
metterai in un [illegible] ad in fornace
per un hora [illegible] in aqua lavalo
sette volte [illegible] sempre la
aqua commune . e questo ☿ [illegible]
li di sanare il mal francese [illegible]
[illegible] e altre doglie e febri maligne
[illegible] ne [illegible] 4 grani
[illegible] un poco di Reobarbaro
o altra medicina leggiera [illegible]
[illegible] di sotto [illegible]
[illegible] si [illegible] infiammare [illegible]

due rive [illegible] ove el corpo [illegible]
[illegible] o e se si fa infocare [illegible]
hora resta lucidissimo, e mutione
il sudore

Per accrescer l'☉. si prendem ℥ di questo precipitato et il dop
pio di solfo commune e si ma
cinano assieme acciò si unischi
no et uniti si fanno squaglia
re in un tegame e che il solfo
pigli fuoco e si abbrugi tutto
e così resterà il ☿ in polvere
gialla quale buttato a poco
a poco con borace sopra l'☉ fuso,
il d.° ☉ si accresce e sta in tutte
le prove..

Pro liquore Alkaest confici
endo vide pag. ~~64~~ — 68
Cancrirum digiti — 103



Quem Dsl: 41. 3.v respicit per
Ardente lughera facula
et innocens manes vocat
al.!



